Interea totis notus acer sæuiet undis
Excitumq; salum uerret notus aurea solis
Cum rota cornigeri sidus pepulit capricorni
Tum dirum cœlo frigus redit aspera nautis
Tunc sunt fluctiuagis tamen isti sæpe malorum
Immemores agitant totos in fluctibus annos
Mergorum & foci similes trahit unda pauentis

Ac retrahit quærunt oculis distantia longe
Littora & pontum cogunt lucra semper hiantis

SAGITTARIVS

p Ar metus ex pelago tibi sit quoq; sole sagitta
Cum leuis adflatur cum lux in arundine flagrat
Ignis mundani cum tela extrema coquuntur
Cũq; sagittiferi torret uapor aureus artus
Tum quoq; si piceam spectaris surgere noctem
Informem tætris tellurem ut uestiat alis
Littus ama fuge solers cærula tegmina noctis
Exitiumq; sali rabidiq; pericula ponti
Ante ueni iam solue memor uaga carbasa malo
Iam prolixarum iaceat rigor antẽnarum
Mensis at infausti uel duri sideris index
Scorpius ex oriens sit tempore noctis adultæ
Hic matutino ueniens procul æquore telum
Exigit e pelago telum trahit ultima cauda
Cunctatur pigro post tergum sidera iuxta
Arcitenens tardos & gurgite libera tardus
Tum cynosura & iam mature in tempore noctis
Altius in boream sustollitur abditus autem
Orion redeunte die tum brachia cepheus
Protentasq; manus meliamq; immergitur aluum

SAGITTA

q Vin norunt alia superum conuexa sagittam
Sed tamen hæc arcu tereti caret inscia neruis
Inscia nam domini est cœlum super aduolat ales
Ales olor sed threicio conterminus axi
Cana pruinosas extendit colla sub arctos

AQVILA

a Rmiger hanc & iouis aduolat arbiter ignis
Aetherei sed membra minor procul hic tamen alto
Cum redit ac pelago mouet in conuexa uolatum
Fine tenebrarum summeq; in margine noctis
Spumosum late mare subruit omnia cœli
Omnia terrarum mox flabra procatia uerrunt

DELPHIS

t Vm curuus caudam subit inter sidera delphis

Dux neptune tui quondam super æquora moris
Hic tam detruse latebras procul amphitrites
Arduus occiduos humeri tibi sustinet axes
Pleiadum genitos perruperat hic uagus omni
Gurgite dilectam domino maris ultro ab orbe
Mollis dorsa tulit breue signo corpus in astris
Et super auritum ponto surgit capricornum
Hic medios artus teter stupet altera porrho
Quattuor illustrat facibus rubor aureus atq;
Bis gemino discreta situ mitigat igni potens lux
Omnia quæ soli & rigido interfusa aquiloni
Aetheris incurui molles rotat inq; frequentes
Occasus ortusq; trahit moderator olympus
Sunt digesta mihi que rursum limite abusq;
Sese hypironio pluuialis concaua in austri
Dimittunt tætram donec notus ambiat æthram
Dicere romuleo conitor carmine solers

ORION

Vbtrahit obliquo qua sese circulus orbe
f Signifer in borean australe sederat umbras
Vt medii iam mole poli fera pectora tauri
Suspicit orion neq; quisq̃ nocte serena
Transierit celso late se cardine pandit
Auratumq; rubens dimittit balteus ensem

SYRIVS

Alis & ipse uirum gemina aduestigia custos
t Insequitur sic flammigero distinguitur astro
Aetherie canis ille plage cui plurimus ardor
Aestuat in mento multus rubor imbuit ore
Stridit anhelanti face pestifer æra motu
Torret & in modici terras coquit ignibus astri
Hic uarios ardet stellis rutilantibus artus
Sed non est similis cunctis uigor undiq; quippe
Alueus ocanæa est e mento grauis effluit ardor
Qui formidato sub nomine sirius æthram
Vrit huic rutilos si sol adflexerit axes
Quantus corporibus quantus labor imminet ægris
Marcebũt sata cuncta diu namq; indiga fuci

Si qua iacent cedunt ualido penetrata calori
Ac decoctorum languebunt germina florum
Illa autem interno quæ sunt animata uigore
Si prius attollit blandusq; illabitur herbas
Sirius & dulci nutrit tepefacta sereno
Hunc hunc flammanti cum primum uibrat ab ortu
Auribus atq; animo capimus procul altera si quæ
Sellarum fuluo rutilant quæ plurima longi
Belua fert lateris neq; multa luce coruscant
Et designandis tm̄ sunt addita membris

LEPVS

Aruulus in stellis lepus est quoq; nãq; ubi magnus
p Emicat orion gemina ad uestigia subter
Vergetur cursu rutili canis ille per æthram
Effugit instantem premit autem sirius ore
Auritum primis emittit gurges ab undis
Ille minax pauidum supeditur & procul idem
Cum lepus occiduum sese inclinauit in æquor
More latebrarum repetens freta sirius alto
Defluit ab cœlo mersumq; per humida quærit

ARGO

Agnus iasoniam cauda canis extrahit argo
m Puppe refulgentem neq; enim se thessala cymba
Solenne in faciem monstro mouet extima puppis
Surgunt oceano uelut alto a gurgite nautæ
Cum portum tenuere auidi uolitantia raptim
Si para conuertunt tergumq; in curua remulco.
Littora certatim subeuut simul illa marinas
Iam defuncta uias procul imi littoris algas
Pone subit terramq; tenens secura quiescit
Sic argo rutilam tm̄ inter sidera puppim
Ducitur occultat rigido tenus altera malo
Sponte gubernaculum puppis dimittit in undas
Celsior ac morso descendit in æquora clauo

CETOS

Istantem andromedam prolixi tramite mundi
d Perterret ectos nam thieicii prope flabra
Andromedam boreæ celso rotat æthere cardo

Belua dira noto nehitur trahit auster in orto
Ora inimica salo nam qua se laniger alto
Cœlo aries tollit qua piscibus astra duobus
Augentur rutilat subter mereia pistrix
Efflua percurrens non multum fluminis astra
Illa memor longe formidinis illa duorum
Inter signa tenax horret squalentia monstri
Terga procul pauidumq; super caput inserit undis

FLVMEN

q Vin & cæruleo flumen quoq; gurgite manas
Astra inter sedesq; deum pars æquoris esse
Credidit ausonii nãq; hunc dixere priores
Eridanum uenetos late qui lapsus in agros
Alpino adriatus impellit gurgite fluctus
Hic fusum cœlo quondam phætonta sub undas
Excepit senior leue cum sensere iugales
Aetherii rectoris honus cũq; ignifer axis
Tramite sub mundi mortales spreuit habenas
Didata tum late texere incendia terras
Astra uorax ignis flamme sola cuncta coquebant
Donec fata sui miseratus iuppiter orbis
Redderet ætherii phebo moderamina cursus
Illum prolixi dure phæthontides ulnis
Planxerunt rediit supero pax aurea mundo
Eridanumq; senem nutu iouis omniparentis
Astra receperunt pharium pars altera nilum
Commemorat largo segetes quod nutriat anni
Arantisq; locos unda fecundat alumna
Vel quod de medii prolapsus parte diei
Vastus in æquoreas pelagi sese inferat undas
Iste pedem læuum rutili subit orionis
Fusaq; quæ geminos adstringunt uincula pisces
Heridanei coeunt anfractibus ut procul ille
Tenditur effusi ui gurgitis huc quoq; criste
Cedita pex summa qua lux pistrice coruscat
Desuper & flamma caudarum cingula figit

PISCIS MAIOR

i Nter demissum procul in uada cærula clauum

Puppis iasoniæ depictaq; terga carinæ
Et pistri mundicolam leporis qua tenditur aluus
Stellarum creber rutilat rubor haud tamen istis
Vel lux multa micat uel fit memorabile nomen
Nulli etenim formæ flammarum iuppiter ignes
Discreuit nullos simulant hæc corporis artus
Qualia digesto mundus sacer ordine uoluit
Semper in antiquum retrahens iter omnia secum
Sæclorum serie longa istas deniq; signant
Interualla faces similis quoq; lux habet omnis
Par modus occasu pariter referuntur & ortu
Nec expectanda forent ponto q; sola carerent
Cætera descriptis aptantur singula membris
Formarum flagrans leporem qua sirius urget
Languida nec certo sub nomine cuncta feruntur.
Vltra sætosi rursum speciem capricorni
Cardinis immersi qua sunt australia flabra
In pistri horrificam conuersus uiscera piscis
Subuehitur notium uocat istum græcia piscem
Stelle alie mundo qua pulcher aquarius instat
Et qua cristato consurgit belua dorso
Vsq; sub aerii rutilantia sidera piscis
Sunt mediæ flamme steriles ac lucis ægenæ
Nam passim ignoti uice uulgi semet in æthram
Protollunt dextram sed tm̃ propter ephebi
Procula quem diuum mensis gestare loquuntur
Efflua se species liquidarum fundit aquarum
Partis in geminas lux illuc clara duabus
Est solum facibus non hæc spaciosa per æthram
Interualla tene neq; lumen uotiua fonte
Colliduntalii phrigium nam subter ephebum
Ardet apex alii qua curuam belua caudam
Terminat insigni lato uomitur globus igni
Cuncti nomen aqua qui stellæ deniq; propter
Ora sagittigeri qua se uestigia prima
Cornipedis simulant circũ uoluuntur olympo
Quis face sub tenui tenebrosas marceat ignis

ARA

Cce uenenatæ qua scorpius agmine caudæ
c Plurimus erigitur tepidumq; supermicat austrum
Paruulus hic aram locus exprimit hoc satis arto
Tempore suspicies mundo rutilante referri
Nam polus aduerso qui tollitur axe bootis
Quantum suspenso uada linquit turbida cœlo
Oceano tm̃ sibi met contraria tendit
Arcturum uertex leuat arduus imbrifer austri
Aram cardo premit breuis olli semita cœli
Occasusq; celer tamen isto lucis parens nox
Fata hominum miserata prius miserata labores
Certa procellarum statuit procedere signa
Ne tibi cum denso conducitur aere cœlum
Inter nimbiferas nubes spectabilis extet
Ara poli longa ut glomerent circũq; supraq;
Feta pruinarum se uellera qualia tristi
Coguntur uento terraq; excita per æthram
Nubila cõceptos effundunt desuper imbres
Nonarie non sit tali sub tempore uertex
Clarior hoc nam sæpe noto pronoscere signo
Nox docuit noctis si quis præcepta sequatur
In casum zephiri nolunt mare si quis at ista
Respuat in cautas percellent flabra carinas
Vix sis fera iouem subeat miseratio rerum
Pigra salus nautis redeat fluitantibus alto
Certior attollis ueniet spes axe supremo
Si boreæ stringat rutilo coma fulgoris auras
His signis austri raptabunt flabra fluentum
Donec de boreæ rutilum iubar emicet axe
At si centaurum medio sub tramite cœli
Videris ut fluctu tm̃ discedat eoo
Quantum adit occasum sit tectus desuper autem
Nube humerum & cœlo sint omnia signa priora
Eurus erit uerret salsi uada gurgitis eurus

CENTAVRVS

Ontemplator enim geminæ rutilantia formæ
c Viscera q; signis subtexit membra duobus
Nam qua parte hominem quadrupes sustollit æquo
Ventre superstantem uersatur scorpius ingens

At qua cornipedem media uir fundit ab aluo
Curua uenenati sunt tm̃ brachia signi
Ille autem dextram protendere uisus ad aram
Cœlicolum iustæ persoluit munera uitæ
Agrestemq; manu predam gerit hic ubi celso
Pelius adsurgit dorso nemorosaq; late
Inserit aeriis iuga nubibus arbiter æqui
Egerat alcidæ legum post bella magister

HYDRA

Esuper ingenti sese agmine porrigit hydra
d Quæ prolata salo longe latus explicat æthra
In cancrum protenta caput caudamq; feroci
Centauro inclinat transit spaciosa leonis
Viscera & ingentri sub uirgine summa quiescit
Quin uitam sperare putes sic agmina cœlo
Lubrica conuoluit sic spiras pendula torquet
Sic & flammigero linguam iacit ore trisulcam
Spirarum medio gestat cratera coruscum
Vltima cæruleum sustentant agmina coruum
Ales ut intento fodiat uaga uiscera rostro

PROCYON

Ltimus est procyon geminorum subditus astro
u Ore micans rutilo trina face uiscera lucens
Ista uolutatos cernuntur cuncta per annos
Hac uebit oceanus pater omnia mersaq; rursus
Hauriet oceanus trahit ingens machina cœli
Cuncta superpingunt rutilam sua sidere noctem

PLANETAE

Vinq; itidem stellæ similes quibus haud sit imago
q Ne quas formarum doctus notet ad fixarum
Per bissena poli uolitant rutilantia signa
Nullus eas alio depræhendere certet
Tam uaga per totam cunctis uia defluit æthram
Semper & aduerso referuntur tramite mundi
Mundus ab ero trahitur reparabilis alto
Pronus atlantei procul in uada cærula ponti
Ille insubreti cogunt iter ætheris orbem
Nitentes in summa poli motuq; feruntur.

Aduerſo ſolis radiis ceu cum uada cymbam
prona uehunt ſi quis prora nitatur ab alta
In puppim proferre pedem uia carpitur olli
Curſibus inceptis contraria uis tamen iſtis
Obuia labenti ſemper ſuſtollitur æthræ
Vnica quæ in ſolis adolent incendia flammis
Longa uolutandis tamen ollis tempora currunt
Pigraq; ſe referunt ſedes ſortita priores
Omnia non illas animis audacibus ergo
Carmine non cæco tentauimus hoc ſatis unum
Muſa mihi ſatis hoc longi labor ægerit æui
Si defixarum curſus & ſigna retexam

CIRCVLI

Vattuor aerios zonæ cinxere meatus
q Quattuor has curſus & tempora noſſe uolentem
Scire ſat eſt quin ſigna & iam ſunt quattuor iſtis
Plurima quæ zonis hærentia conuoluuntur
Ipſe incoucurſa retinentur ſede per annos
Mutuaq; implexa ſibi met conſortia mordent
At modus in binis protenditur area pepli
Sidera nocturni ſi ſuſpectare libebit
Nec ſcindunt medium phœbeia lumina menſem
Languat ut in ſtellis ſpecies hebes omnia cœli
Illuſtrante dea ac flammas ſuperante minores
Orbe ſed haud pleno ſinit ignis feruere acuto
Sidera candentis ſpeciem ſuper inſpicæ lactis
Protendi cœlo color olli nomen ab ortu
Primigeno ſtatuit ſe zonam græcia ſolers
Concelebrat noſtro ſic balteus ore notatur
Non iſti forma ſimilis ſimiliſue colore
Circulus eſt alius modus & menſura duobus
Eſt compar ſolis alios duo parcior arctat
Linea nec multa trahit iſtos ambitus æthra
Horum alius duri cum ſoluunt flabra aquilones
Et cum precipitant borealia flamina ſeſe
Axe lycaonio iacet obuius hic geminorum
Sunt capita hoc genua auriga ede fixa quieſcunt
Circulus hic idem retinet pede perſea læuo

Atq̧ sinistro humero cubito tenus hic quoq̧ dextram
Sustinet andromedæ manus extima desuper acri
Subrigitur boreæ cubito inclinatur in austrum
Mœres andromeda hoc celeris uestigia summa
Præstringuntur equi perstringitur ales ab ipso
Verticis extremum secat hic humeros ophiuchi
Circulus & secum flagrantia dorsa renduit
Erigonem tepidum sese sūmittit in austrum
Virgineusq̧ pudens zone super inuidet artus
Sed leo sed cancer borealis tramite cœli
Viscera protendunt at circulus ima calentis
Pectora perq̧ aluum procul in postrema leonis
Succedit secat ast alium per uiscera plana
Et medio subter caua tegmina diuidit orbem
Lumina recludens altri secus orbita porrho
Ista poli partis si discernatur in octo
Quiq̧ super uoluit partibus at tribus alri
Intrat in stagna sali sol istinc flāmiger æthram
Iam relegit pulsuq̧ deus semel ordine facto
Flectitur æstiuo neq̧ celsum semita in axem
Sideris erigitur uia rursum nota iugales
Suscepit inq̧ notum rutuli redit orbita solis
Circulus iste quidem cancro tenus adiacet axe
Semper in occiduum procul alter cardine in austri
Diuidit imbriferi corpus medium capricorni
Idæiq̧ pedes pueri postremaq̧ caudæ
Ceruleæ brenis hic lepus hic canis artus
Conditur extremus hic thessala cernitur argo
Hic centaureæ fera molis terga secantur
Ista uenenatæ disiecta uolumina caudæ
Amputat hic arcu protenditur ampla sagitta
Vltimus hic phœbo locus est ubi lapsus in austrum
Pellitur albenti cum canent tempora bruma
Sideris hic metæ procul istuc cælite cursu
Axe sereniferi descendit sol aquilonis
Partibus iste tribus tm̄ se circulus effert
Quiq̧ latet crepuli succedens stagna ꝓfundi
Inter utrūq̧ dehinc quantus iacet ambitus illi

Zonarum cani speieçꝫ lactis in æthra
Cernitur ingenti se tramite linea tendens
Diuidit ima noto discernit & alta aquilonis
Hic luci modus & tenebris sub lege magistra
Pensatur nox æqua diem subit æmula phœbus
Lumina substituit paribusçꝫ reuoluitur horis
Vel cum summa æstas coquit agri uiscera hiantis
Vel cum floricomo iam tellus uere mouetur
Ast isti celsæ qua tramite panditur æthra
Indicium est aries hunc totum linea quippe
Sustinet hic tauri curuantur crura minacis
Et rutilat stellis hic balteus orionis
Spira anguis leuis hic crateræꝫ & tenacia corui
Ora inhiant hic snnt flexarum deniçꝫ flammæ
Chelarum genua hic rigidi uibrant ophiuchi
Nec iouis armigero caret alite nāçꝫ per ipsum
Fulua aquila est caput hic equus eminet hicçꝫ comanti
Ceruice erigitur clare dator hippocrenæ
Tris omnis recte contentos tramite cœli
Distantisçꝫ pari spatio sibi transigit axis
Omnibus & mediis ut circūfunditur idem
Desuper obliqua est aluuia quartus & iste
Stringitur arctatus zonarum molle duarum
Quas ab diuersa mundi regione locatus
Scire repercussi momentum diximus astri
Hunc alius medium secat haud dea pallas
Vel licet hæc cunctos precellat acumine diuos
Compigat parilis sic lubrica plaustra meatu
Implicet ut spaciis sibimet distantibus orbes
Qualia deuexo nectantur ab ordine cuncta
Vrgenturçꝫ uiam similem noctesçꝫ diesçꝫ
Lucis ab exortu procul in uada calpe titana
Nançꝫ tithonico cum summe electa profundo
Rursus in occiduos merguntur singula fluctus
Ordine partito similis nascentibus ortus
Scandendi lex una mouet par deniçꝫ lapsus
Omnibus & simili conduntur sidera casu
Ille autem oceani tm̄ descendit in æquor

Quantum ab cæruleo distat cancro capricornus
Et quantum multus item est ubi gurgite protulit ortum
Tantus in aduersas itidem est cum labitur undas
Signifer in spacium quantum deducitur horæ
Ambitus extremæ puncti uice terra locanda est
Vnde acies oculis cum tenditur hæc quoq; puncti
Sedem habet signo procurrit missa per auras
Signiferi in summũ medio de tramite si quis
Derigat obtutus agilis procul hosq; locorum
Defessos longo spacio tener amputet aer
Id quod contenti uisus absconditur ultro
Si qui in signiferi patulum circumferat orbem
Ex olli partis magnæ dabit ambitus horæ
Ast hedi mensa spacii sic lege locantur
Bina decisis includant partibus astra
Olli cancer inest leo flammifer attica uirgo
Brachia sunt itidem chelarum & scorpius ipse
Arcitenens sætosa dehinc species capricorni
Voluitur auratam protendit aquarius urnam
Tum duo sunt pisces acies: taurus geminiq;
His se bissenis sol admouet hisq; recurrens
Omnibus absoluit totos reparabilis annos
Quæ cum signiferi graditur sol aureus orbem
Singula frugiparos attollunt tempora uultus
Illius oceano quantum submergitur alto
Tantum telluris supereminet omnibus iste
Noctibus illabens pelago sex inserit astra
Sex reparat tanto nox humida tempore semper
Tenditur extulerit quantum se circulus undis
At si scire uelis mora lucem quanta retentet
Et quanto nox atra sibi trahit ocia lapsu
Quæ procul oceano consurgunt signa notato
Horum semper enim comes est titanius uni
Horum prima oculis memor in cunabula quære
Luminis ipsa uagi captans uenatibus ipsa
Ipsa notans mundo quæ sic se nubibus abdent
Aut si consurgunt ut tellus sepe tumescit
Occultata iugo; prætentaq; rupe latebunt

Prompta uia est alii ueniētū tempora signis
Noscere nāq ipso depræhenderis indice cuncta
Oceano magnam qua circum amplectitur undis
Tellurem curuet celando ut littora mundo
Latius atq sinu patuli salis hauriat astra
Istius indicium præbebunt cornua semper
Vel matutino qua perstrepit aera flu ctu
Acer atlanthei uel qua furit æquoris æstu
Nam non obscuræ cum cancer commouet ortum
Oceano stellæ circum uoluentur utroq
In freta labentes aut quæ rursus eoi
Parce ferunt mundi manoeziæ clara coronæ
Serta cadent austri ergo cadet incola piscis
Hunc medium pendere tamen mediumq sub undes
Cedere per spinam rutila labente coroua
Semper suspicies at tergi plurima uersum
Ventre tenus summo supera inter sidera cernes
Os & colla dehinc & pectora uasta per æquor
Mersantur premit ab genibus celsosophiucum
Vsq humeros cancer: cancer ꝑmit ortus & anguem
Agmine qua uasto pluit ad caput aspera ceruix
Qua tumet & spiris qua turgent pectora primis
Parte nec arcturus distabit inultus utraq
Iam minor in superis iam uiscera plurimus alto
Conditor huc etenim consortem quatuor astris
Oceaons recipit satur hic uix luminis amnis
Cedit & inspiciens tandem conuexa relinquit
Tum iam plus mediis nox inclinabitur horis
Cum labente die phœbe comes ibit in undas
Ista quidem uasti conduntur gurgitis alto
Contra autem nullo non uultum uiscere uorans
Orion rutilans ardentia cingula late
Et flagrans humeros & splendens ense corusco
Heridanumq trahens alios e littore promit
Aduenie nte dehinc uilloso colla leone
Omnia quæ cancro sese emergente per æthram
Extulerant abeunt quin & iouis ales in undas
Conditur & totis raptim petit æquora pinnis

Sed nixus genibus replicato luce resìdens
Poplite iam superi celatur corporis artus
Non tamen ista genu non læuam gurgite plantam
Occulitur non oceanus uorat omnia signi
Proserit hydra caput claro lepus esilit ortu
Et procyon primiq; pedes canis igni comantis
Erigone salsis cum uultum exegerit undis
Aeris ut patuli iam conscia per me & æthram
Astrorum numerosa premit nam uirgine eoa
Consurgente freto cedit lyra cyllenæa
Cedit delphinus pelago ceditq; sagitta
Primaq; pinnarum pars canum condit olorem
Vix iam cauda salum superat uix lumine parco
Eminet eridanus ponto procul efflua tinguit
Celatur sonipes caput impiger ardua ceruix
Tethyos ima petit salso iubar ora madescit
Hydra superpositum procul in cratera mouetur
Parte alia & liber uestigia sirius ardet
Vltima cæruleo procellans æqnore puppim
Illa micat maloq; tenus sese exerit argo
Cum iam uirgineos æther uehit altior artus
Nec cum flagrata emittunt marmora chelas
Sideris expertis & clara luce carentis
Non est nota dies aut est ignobilis ortus
Nãq; his indicium proprio fert ore bootes
Plurimus exoriens arcturumq; eminus alto
Cardine succendit iam celso thessala puppis
Aethere subuehitur iam mundo funditur hydra
Longior extremæq; polum subit indica caudæ
Curua chii cœlo consurgunt byacchia signa
Inspice ceu dextra referatur ab æquore planta
Inq; genu tantum nixus pede proferat ortum
Iste lyræ rutilat conterminus atq; sub undis
Hic tenebris petit occidui uaga cærula ponti
Et mox oceano reparatur clarus eoo
Cum chelis igitur pede tm̃ promitnr uno
Ipse dehinc uersus procul in caput ultima monstri
Terga manet manet arcitenens dum spicula cœlo

Exerat & supera uibret bellator in æthra
Hæc sidus reuehunt chelæ crus scorpius ipse
Cætera cum medio læuam & caput oraqꝫ rursum
Arcus agit tribus hic tandem remorantia membra
Partibus erigitur tria totum deniqꝫ signa
Absoluuntur pelago mediæ tum serta coronæ
Ex qua centauro diffunditur extima cauda
Prima uenenati cum repunt brachia monstri
Surgunt oceano iam gurges & ultima cygni
Et caput acris equi præmit æquora iam procul ista
Marmoris occidui penitus petiere profuudum
Hausta salo caput andromedæ freta uasta receptant
Ac formidatam deuexi cardine mundi
Fluctigeni specie monstri super inuehit auster
Sed boreæ de parte trucis uelut aggere ab alto
Prospiciens superi subiecto uerticis axis
Intentusqꝫ procul specie uaga brachia cepheos
Exerit & sæuam pelagi monet adfore pestem
Illa tamen uersa in fluuium postrema profundo
Tinguitur ab spina capiti quæ proxima summo est
Vnde succedens cepheus & uerticem & ulnas
Mersatur patulus quin & tum scorpius acer
Nascitur oceano quicquid per sidera aquarum
Ad speciem heridanus pater expuit abditur alta
Tethre & occidui tegitur padus æquore ponti
Scorpius ingentem perterritat oriona
Proserpens pelago uetus o latonia uirgo
Fabula nec nostro struimus mendacia uersu
Prima nephas duri compegi germinis æstas
Prima dedit populis cætus mos mentis acerbæ
Immodicūsqꝫ furor sceleris penetrauerit oestro
Impia corda uiri tabuerunt dira medullis
Protinus in mediis incendia plurimus ardor
Pectore flagrauit tenet improbus ille procaxqꝫ
Te dea te dura ualuit contingere dextra
Cum sacrata chii nemora & frondentia late
Brachia lucrorum cum siluæ colla comasqꝫ
Deuotæ tibimet manus impia demolita est

Audax aut facinus donum foret œnopioni
Digna sed in modico merces stetit illicet ausu
Nam dea nubiferi perrumpens uiscera montis
Dirum antris animal sæuos uomit hastis in artus
Ergo ut falcatis monstrum petit oriona
Morsibus & totas in membra ferocia thelas
Intulit ille male pænas luit ista furori
Præmia debentur sunt hæc cõmercia læsis
Semper numinibus metus hic metus acer in astro
Permanet & primo cum scorpius editur ortu
Orion trepido terræ petit extima cursu
Nec minus andromeda est quicquid uolitabat in æthram
Et si quid pistrix reliquum conuexa uehebant
Hoc oriente ruunt omnis procul in uada terror
Inserit: & cunctos pauor unus in æquora cogit
Cepheus ipse caput distentaq; brachia uasto
Induitur ponto tellurem cingula radunt
Extima & oceano mersantur pectora rauco
Sola senis reliquum polus a littore uersat
Semper in occiduo genitrix quoq; cassiepia
Sidera precipitis sequitur labentia natæ
Deformemq; trahit procul in uada cæca ruinam
Prona caput solo solio uestigia ab alto
Sustollit miseranda super quatit ira furorq;
Doridos & panopes post fata nouissima matrem
Ac memor has pænas dolor exigit omnia fluctus
Hæc simul occiduos subeunt tamen altera mundis
Sufficit inq; uice lapsorum multa reportat
Tempore nãq; isto re serta coronæ
Expediunt pelago postremiq; agminis hydra
Erigitur caudam caput & turgentia mẽbra
Centauro exuperant manus effert dextera predam
Siluarum nẽ prima fere uestigia mollis
At cum fera manent redeunte per æthram
Protulit incipiunt reliquum serpentis & artus
Anguitenentis item fert primis fluctibus arcus
Amborum capita & primas geminas ophiuchi
Ac prima rutili spiram serpentis eoo

Scorpius oceano surgens agitat pede nixi
Quem procul auersum semper salis altera mittunt
Tunc artus medii tum pectora uasta humerusqꝫ
Dexteraqꝫ ulnarum spumosi gurgitis æstu
Procedunt pariter caput & manus altera porrho
Tota sagittiferi cui uibrant astra feruntur
Mercurialis item lyra uoluitur altaqꝫ zæpheus
Cardine sustollens uestigia gurgite mundum
Pectora liber agit sed pectora mersus in undas
Plaustra lycaoniæ pulsat pede desuper ursæ
Tempore non alio magni canis ignea cedunt
Sidera protentum freta iam procul oriona
Hauserunt pelago toto lepus occidit astro
Tum quoqꝫ & oceano fugientem serius urget
Sed non aurigam cum gurgitis ille profundi
Ima petit pedibus capra mox hedi ue sequuntur
Ista polo rutilant illum uada liuida condunt
Hæc membra discreta aliis extantiaqꝫ alte
Læuum humerum & summe sese attollentia palmæ
Cernuntur donec labenti congrada soli
Sidere deuexo freta late cærula turbent;
Nāqꝫ manum aurigæ reliquum celsumqꝫ corusci
Verticis & dorso qua spina attollitur alto
Deprimit hirsuti sidus surgens capricorni
Membra sagittigero cedunt postrema reuecto
Iam non allatus remoratur uiscera perseus
Aeris in spaciis neqꝫ clauum uindicat argo
Ad lumine satii perseus pede deniqꝫ dextro
Atqꝫ genu libero mersatur cætera ponto
Argo quod curuis puppim super attrahit oris
Tinguitur & duro tingit uada cærula dorso
Ipsa dehinc manet exortum cylidi capricorni
Totaqꝫ tum pelago cælo descendit ab alto
Aequora cum procyon gressum sectatus herilem
Intrat & oceano permutat celsa profundo
Hæc habet occidui plaga gurgitis ista sonorum
Supprimit unda salo rursum procul erigit æthra
Cygnum aquilamqꝫ iouis surgunt flammata sagittæ

Sidera perq; notum rutila tum numinis ara
Delphinum paruas promit capricornus in auras
Et matutino consurgit aquarius orbe
Os equus atq; pedes nouus exerit ecce cadentis
Parte poli trahit occiduum nox atra sub æquor
Centaurum cauda sed non caput aut humerorum
Vasta simul recipit persistit pectore celso
Cornipedis species & cœlum uertice fulcit
Ora dehinc serpens & prima uolumina tm̄
Conditur ingentis late tamen agmina caudæ
Pone trahit subit ista solum subit æquora rursum
Integer oceani cum se centaurus in undas
Iecerit atq; nouo uibrarint sidere piscem
His in summa poli surgentibus ille per austrum
Piscis item planta quem pulcher aquarius urget
Redditur haud toto tamen hic se corpore promit
Sed manet alterius uenientis tempora signi
Parte latet partem supera inconuexa sonoris
Fluctibus absoluit pelagi sic brachia mæstæ
Andromedæ sic crura dehinc humeriq; nitentes
Paulatim recauo redeunt maris aurea cœlo
Postq̄ adolent pisces incendia deniq; pisces
Cum rutilant mundo dextram hæc attollet in ulnam
Leuaq; uirginei rursum se corporis edunt
Phrix & postq̄ & pecoris proruperit ortus
Australe hic aries aram procul admouit undis
Gurgitis occidui qua lux redit excitat idem
Persea proceri sustollere uerticis astra
Et claros fulgere humeros at cætera nūdum
Sunt exempta solo quin totum hoc inuida ueri
Natura ambigua rerum ratione reliquit
Extimus an reliquos aries produceret artus
Perseos an tauro freti pelleret adsurgente
Hoc una cœlum subit integer haud res ullo
Viscera nascentis noua tauri deserit astra
Quippe huius flammis aurigæ sidus inhæret
Nec tamen hunc totum sustollit taurus in æthram
Aurigam salsis euoluunt fluctibus omnem

Surgentes gemini: tauro capra plantaq; læua
Atq; hedi exuperant cum primum rursus ab undis
Cetosa in superum referuntur uiscera cœlum
Nam caude & cristæ rigor arduus aera celsum
Tunc repetunt diri cum sidera gurgite monstri
Voluit præcipitis teres inclinatio mundi
Eminus ingentem condit pars prima booten
Quattuor hic etenim signis surgentibus altum
Vix penetrat pelagus neq; summa totus ab ethra
Labitur arcturus manus olli quippe sinistra
Iuge manet celsisq; super subducitur ursis
At cum iam pedibus repetit fluxus ophiucus
Vt genua oceanus uasto procul æquore condat
Signum erit eoa geminos procedere parte
Nec lateri pistrix cuiquam uicina uidetur
Sed iam tota super sustollitur expuit atram
Iam pelagus speciem nec adhuc tamen extima sorbent
Quid ne nascentis suspectat nauita ponto
Agmina prima padi cœlo tum feruere aperto
Vicinasq; feces rutili manet orionis
Curricula ut solers uero mox indice discat
Certa tenebrarum possitq; fideliter astro
Explorare notos & tuto carbasa ponto
Credo ni desit magnorum congrua cura
Prompta uia est ipso cognoscere talia semper
Præceptore Ioue & cœlo tibi signa magistri
Omnia ducentur monet alta iuppiter æthra
Singula nos. facilis ueram dedit arbiter artem
Ne tempestatum primordia cæca laterent
Non ne uides primum cum phœbe in cornua surgit
Tenuia & angusto lumen iacit ore per æthram
Decedente die prono quæ ab tramite solis
Promat ut ingressis solers tibi tempora mensis
Nãq; facem quarti sibimet profitebitur ignis
Corpora cum primum perfundens lumina nostra
In subiecta soli tenuem porrexerit umbram
Ast orbis medii si cedat cynthia formam
Octauus ortus octauaq; plaustra docebit

Deniq; cum toto dea iam ſurrexrit ore
Integer ut magni reſplendeat ambitus orbis
Effluxiſſe ſibi medii iam tempora menſis
Monſtrabit cælos pleni cum rurſus egena
Oris eat tanto procedens lumine forme
Inſerit aeriis quantum dea nubibus ignes
Eſſe ſeneſcentis ſibi met diſpendia menſis
Illa docet quibus in rutili confinia fratris
Tertia uix mundo ſupereſt uia cominus autem
Vmbrarum excludit ſunt tales quattuor ortus
Marcentis lune quales ſub menſe renato
Quattuor exurgunt languentis luminis umbre
Atq; bis actonas includunt ordine luces
Interiectorum numerum quoq; noſce dierum
Prompta uia eſt ꝓprio ſemper dea proditur ore
Scandat quanta polum quotiens temone iuuencos
Strinxerit et q̃to iam tramite liquerit undas
Ac decedentis poſtrema crepuſcula noctis
Biſ ſex ſigna tibi quæ uerſat ſignifer orbis
Monſtrabunt curſu nam phæbus ſingula mutat
Semper et alterno ſuccedit in omnia lapſu
Conficiens iter ætherium nunc igneus iſtud
Aſtrum adolet flammis alii nunc aurea titan
Lumina miſcetur uel cum deuexus in undas
Labitur & rebus formam abſumpſere tenebræ
Vel matutino redit in cunabula linquens
Cum pelago & rebus ſuffudit luce colores
Sic diuerſa diem comitantur ſidera ſemper
Non ego nunc longo redeuntia ſidera motu
In priſcas memores edes habet iſta priorũ
Pagina & incerta rerum ratione feruntur
Nam quæ ſolem hiberna nouem putat æthere uultu
Vt luna ſpacium redeat uetus harpalus ipſa
Ocius in ſedes momentaq; priſca reducit
Illius ad numeros prolixa decennia rurſum
Adieciſſe metron cecropea dicitur arte
Inſeditq; ais tenuit rem græcia ſolers
Protinus & longos inuentum miſit in annos

Sed primeuaton exordia sumpsit ab anno
Torreret rutilo cum phœbus sidere cancrum
Cingula cum ueheret pelagus procul orionis
Et cum cæruleo flagraret sirius astro
Hoc ut fontem unde & duxit tempora lunæ
Nauita quo longum facili rate curreret æquor
Aequora ruris amans telluri farra parenti
Craderet ingenti petat hæc indagine semper
Seu qui uela salo seu qui dat sæmina terræ
Nec mora discendi breuis huc laboret breue tempus
Poscitur innumeros habet autem industria fructus
Vtilitas te certa manet prænoscere motus
Si labet aerios & tempestatibus ipsis
Edere principium te primum sponte procellis
Arcebis rapidis te rursum principe fluctus
Vitabunt alii si certis singula signis
Tempora discernas nam mundi cardine uerso
Vt stata rauci soni redit indignatio ponti
Sæpe etenim quãquam trãquillæ noctis amictu
Mitia protenti requiescant terga profundi
Doctus securam subducit ab æquore classem
Nauita & actea retinet statione phaselum
Cum matutinæ præsensit signa procellæ
Nãq; alia cœlo tum tertia lumina phœbus
Exerit ille sali fuerit implicabilis horror
Adfore quem pelago comitem sibi dixerat astrum
Crebro quinta dehinc lux cõmouet amphitritẽ
Sæpe inopina mali clades ruit omnia certis
Indiciis tibi luna dabit seu lucis utrinq;
Cæsa facem seu cum teretem concrescit in orbem
Sol quoq; uenturas aperit tibi sæpe procellas
Sidera producens & cum sale sidera condit
Nec minus ex aliis aderit cognoscere motus
Aequoris & magnos cœli callere tumultus
Quos det certa dies quid longi tempora mensis
Astrorumq; uice & mundi ratione trahantur
Aeris imadidi quiddam tellure creatum
Spiramenta uomunt uis hoc cum fundit in auras

Venarum occulte patulo prætexitur agro
In subiectum oculis terramq; supernotat omnem
Multaq; materies quam cum calor igni comantum
Hausit stellarum superas subducit in auras
Et concreta diu compingit nubila mundo
Si minor hæc madidi substantia cespite ab imo
Subrigitur tenues nubilæ caligine fusa
Tenduntur cœlo uis autem succior olli
Cum fuit in celeres dissoluit undiq; uentos
Vicinumq; sibi flabris dominantibus ultro
Aera propellit si maior protinus humor
Cum surrexit humo pluuia quoq; nubila fundunt
Et pluuiis late calor est pater hic super imbres
Exprimit & ducta feruentis ut obiice mundi
Respuit humorem si molles magna utriusq;
Occurset sibimet uelut obuia cominus agri
Compulsu aerio fragor intonat amplaq; late
Murmura discurrunt pariter crepitantibus auris
Hic inflictus item diuersorumq; per æthram
Sæpe superne furens illiso fulgoris ignes
Excludit rutili totamq; uolantibus æthram
Præstingit flammas & cœlum sulfure odorat
Omnibus his genitrix tellus & cespite ab imo
Ducuntur superi metus ipsa ignea mundi
Lumina flammigero phœbus temone coruscans
Et quæ noctiuagos attollit luna iuuencos
His peperere malis exordia nãq; deorum
Mouit humum cum forte calor laxata repente
Spiramenta soli uenas procul atq; pandunt
Viscera telluri bibit imum terra calorem
Desuper & madidum tepefactus cespes anhelat
Aeris hos motus rabiemq; uolubilis undæ
Flabra procellarum mundani tramitis iras
Præsentire decet cape solers singula mente
Præceptisq; uirum scientia pectora pande
Cynthia cum primum cœlo noua cornua promit
Cautus utrũq; deam circumspice nãq; reuertæ

Nequaquam semper similis lux imbuit ortum
Sed species diuersa trahit uarioq; notatur
Formarum primi cum surgit luminis igne
Tertia cum rutilat cum maior sideris æthram
Scandit & aereas quarta face luminat oras
Ingredientis erit plene tibi nuncia mensis
Hæc castigato si tertia fulserit ortu
Pura sit ut fedis absortibus adfore dicet
Clara serena diu tenui surrexerit autem
Si face & ignito suppinxerit ora rubore
Turbida certantes conuerrent æquora chauri
Luminis ista dehinc si grassior atq; retunsis
Cornibus ingreditur si quarti sideris ortum
Percursi ut tenuē protendat corporis umbram
Imbribus aut zephyris hebetabitur arguet ultro
Flabra noti aut pluuias nam crassus desuper aer
Cornua ceta præmit notus uuidus aera cogit
Tertia si rursum protollat cynthia currus
Sic subiecta faces & acumina tenta coruscans
Vt nec curua quasi declinet cornua nec se
Fusa supinato diducat lumen in auras
Occiduo zephyrum predicet surgere mundo
Aut libyæ de parte notum sin quattuor autem
Cynthia curriculis cœlum subit atq; coruscis
Cornibus ī modice prostrantibus usserit ignes
Vix prolixa salum ciet ocius omnia chauri
Marmora conuoluent fera uerrent flabra profundum
Istius in boream q; se sustollit acumen
Si curuum specie uelut armat adfore cœlo
Sæua procellosi prædicet flabra aquilonis
Nāq; hoc urgeri sese adserit hocq; grauari
Summa alte tuendo docet inclinarer alta
Indice rursum eo ueniet noctis hanc ubi partem
Pone supinari conspexeris inq; reclinem
Sponte habitum pandi nam subrigat auster acumen
Inferiore plaga si lunam tertius ortus
Proferat atq; dee conuoluat circulus oras
Suffusus rutilo mox tempestate sonora.

Spumosum late pelagus canescere cernes
Maior & hæc rauci uersabit gurgitis undas
Ipsa quoq; imodice si uultum luna rubescat
Contemplator item seu plenum luminis orbem
Cynthia distendit seu cum teres ambitus olli
Cæditur & medie uelut indica lucis utrinq;
Sustinet obductæ sibimet dispendia formæ
Cornua prima replens & cornua fessa dehiscens
Induit & qualem procedens ore colorem
Hinc perpende oculis ipso monitore dierum
Signa tenę ac totum discerne in tempora mensem
Non unum deprehensa diem tibi signa loquuntur
Nec uulgo in cunctis adsunt præcepta diebus
Sed quæ signa nouo dederit mox tertia motu
Quarta ue sustollat medios dum cynthia uultus
Durabunt cælo medio quæ edixerit ore
Ignis in plenos hinc in dispendia rursus
Altera prouisæ signantur tempora lunæ
Illa dehinc donec germani luminis ignis
Accedat phœbe mensis postrema notabunt
Hoc quod protento uehit ingens mundus inani
Aera nomen habet quod spirat cespite tellus
Nubila dicuntur cœlum super aula deorum
Axea denteo conuoluitur hic sua certis
Sunt loca numinibus borealis uerticis altum
Regia saturni qua siccior annus anhelat
Aestatis rutilo calida stat iuppiter æthra
Immodicus terra qua desuper ignis adurit
Gradiuo incoluitur brumalis pulsus habenas
Qua solis redigit pulchro uenus obtinet astro
Ast ubi demerso latet ater circulus orbe
Cessit mercurio lucus imbrifer his super amplas
Quinq; tenet zonas certo uia feruida soli
Limite decurrit cum luna nubila propter
Exhalantis humi qua spiramenta madescunt
Ima uehunt cœli luxit dum frustra frequenter
Desuper in nubes rutilantis lampade lunæ
Pascitur humore & uarias dea lumine formas
Exprimit inserto sic crebro deniq; phœbo

Nubibus ambiri cum subsint nubila lunæ
Creditur hanc quotiens includere circulus ergo
Spectat proprio succedunt ordine signa
Ille alias trino conuoluit tramite lunam
Et geminus plærumq; meat sol & unicus idem
Cingere si simplex circũ uersabitur orbem
Signa procellarum certissima signa sereni
Præferet abruptos subito prænunciat euros
Marcescens tenuis sensim caligine & æthra
Digestus patula docet undis adfore pacem.
Si duo se lunæ circũfudere repente
Maxima uis põtũ uis uertet maxima terras
Maioresq; dehinc agitabũt stagna procellæ
Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem
Et magis in medica formidine sæuiet auster
Zonarum tæter fuerit si tractus in æthra
Deniq; disrumpant si sese cingula lunæ
Vltima tempestas ruet imi gurgitis æstum

SOL

s Olis qui n etiam solis tibi cura uidendi
Sit potior solem melius præuisa sequuntur
Astrorumq; duci monstrata tenacius hærent
Siue ille occiduas uergat decliuis in undas
Seu se luciferis reparabilis exerat oris
Istius ingentes radii caliginis atrum
Et nebulosarum tractus piceos tenebrarum
Lumine difficuit cum per chaos umbriferum uis
Flammea peruasit cum semper noctis amictus
Inserit aerie fulgor facis ille calore
Pigra mouet simulat rutilis torpentia flammis
Sol sopita animat sol dura obstacula primus
Curru adamantæo referat pater efflua fæbum
Igne inhibet phœbus radiis densata relaxat
At cum flammigeri cedit uis inclyta solis
Lucis egens crasseq; deus latet obiice nubis
Et cœlo & pelage magnos ait adfore motus
Non hic eum primo seducet gurgite uultum
Ceu picturato diuersos ore colores

Proferat haud etenim tali tibi sole reuecto
Mitia iam cœli fas expectare serena
Et si trãquillo conuexa cucurrerit austro
Indideritq3 facem ponto deus integer ara
Nube carens purusq3 coma & splendidus orbe
Conuenit eoæ facem præsumere lucis
Sed non ora cauo similis medioq3 recedens
Orbe quasi uel si radios discingitur ultro
Figat ut australem porrecto sidere partem
Aut borea rigidi iaculetur luminis igne
Et uẽto & pluuiis reparata in luce carebit
Deniq3 per flamma procul atq3 incendia solers
Ipsa dei cedunt blandi si lumina solis
Tende oculos certa hoc ducentur signa sinistro
Et ne sanguineus late rubor induat ora
Qualia protractu uaga nubila sepe rubescunt
Aut ne labenti piceus color abdat amictu
Lampada quære diu si tætro crassior orbe est
Vuescet pluuiis tellus inflataq3 celsas
Aggere deuicto superabunt flumina rippas
Ignea si fulgor precurrit plurimus ora
Flamina crebra salis quatient uada flumina terras
Conuerrent omnis & duri flabra aquilonis
Siluarumq3 comas & celsa cacumina flectent
Vis simul amborum si uultum solis oberret
Cuncta noti quatient imbres procul arua rigabunt
Ecce alias primo nascentis solis in ortu
Vel cum precipites pelago deus inserit ignes
Vt coeunt radii nebuloso cætera quippe
Pars hyperioniæ rutilat facis hicq3 comarum
Vis confusa micans mundo sua lumina prestat
Hic globus ater item libentia nubila cogit
Non nunquam crasso nebularum tectus amictu
In conuexa redit tum cælo rursus aperto
Cum ruit opposita multum caligine condit
Omnibus his signis in terram defluit imber
Plurimus interdum tenuis preuertere nubes
Visa deum hæc celeris præsurexerit ortum

Ipseq; pone sequens radiorum luce carere
Certatur nimbis ingentibus arua madebunt
At matutini si phœbum in littoris acta
Maiorem solito produxerit atq; per æthram
Marcenti similis defluxerit extimus orbis
Alta dehinc scandens minuat iubar igniferum sol
Pura serene aderunt nãq; olli gurgitis aer
Crassior in modicum diffunderat orbem
Etiam si tenero sustollens tramite cœli
Oblitum iusti iubar attrahit hic quoq; magnis
Cum madefacta die sub tempestatibus horret
Pallidus ora cadens promittet pura serena
Displosis etenim per apertam nubibus æthram
Ora laboranti similis languentia pallet
Et disiectarum molles late nebularum
Indicat exuti faciem clarescere mundi
Qui nascente die uenturos conuenit imbres
Noscere cum proni procul ad confinia cœli
De seripiceo spectaris nubila tractu
Et cum declinant radii se partem in utrãq;
Lucis in occasu nox ut ferat algida rores
Imber erit puras si phœbus condit habenas
Et calpetano tranquillum gurgite lumen
Tinguat at in lapsu nubes ignita sequatur
Noxq; diesq; dehinc uenturi rursus eoi
Nimborum expertes & tempestatibus atris
Durabunt sed cum radiis marcentibus ardor
Languet & tenui tenduntur acumina frustra
Phæbei crines nimbos aget atra procella
Talis & obducti cernetur forma diei
Qualem fraternos subtexens luna iugales
Lucẽ habitat subit hæc superi sacra lumina solis
Inferior mediæq; inter stans lampadis orbe
Arcet flammigere radium facis aut tibi rursum
Cum matutinos molitur lucifer ortus
Ebria sanguinea subuoluant uellera nubes
Namq; grauis cælo fundetur protinus imber
Nec si sole procul rutila inter stagna morante

Emineant radii radios quoq; crassior umbra
Contegat ille dies pluuiis uentoq; carebit
Quin erit imber item si solem circulus ater
Ambiat exortum maior se deniq; nimbus
Vrgebit cælo maior sola perluet imber
Circumfusa adeo si cingula nescia solui
Seruarent terre speciem torpentia mollis
Sepe & iam phœbo nubes percussa rubescit
Et meditata dei formam pcul igne recepto
Concipit effigiem simulata luminis orbe
Id qua partipoli spectaueris adfore ab ipsa
Parte tene uentos tamen hæc tamen omnia semper
Decedente die melius uentura docebunt

ASELLI

c onuenit hic & iam paruum presepe notare
Id nubi nomen quæ cancro obuoluitur alto
Græcia docta dedit duo propter deniq; asellos
Suspice quorum maluis septem uicina trioni
Astra adolet tepidum procul alter spectat in astrum
In medio quod nube quasi concrescit adacta
Id presepe uocant porrho hoc presepe rapente
Si sese ex oculis procul auferri ardeat autem
Congruus aeriis late rubor ignis asellis
Nequaquam tenues agitabunt stagna pcellæ
At si sideribus similis lux duret & illi
Tætra sit effigies ruet altis nubibus imber
Lenior & parco mox tellus rore madebit
Sed boreæ si parte crucis uelut indiga iuste
Stella facis lento marcescere cernitur igne
Et procul alterius iuba late flagrat aselli
Protinus æthiopum surget conuallibus auster
At regione noti si lucem stella senescat
Segnus riphæis aquilo crepitabit ab oris

VENTI

q Vin & terrenis cape rebus certa frequenter
Signa procellarum nam cum traxere tumorem
Aequora prolixum cum littora curua resultant
Sponte procul neq; ceruleus colliditur æstus

Aut cum proceris uertex in montibus ultro
Perstrepit aerium uentos instare docebunt
Et cum parua fulix trepido petit arua uolatu
Stagna sinens longasq; iterat clangore querelas
Indicat insanis freta mox canescere uentis
Deniq; cum cœlo tenduntur pura serena
Seruitura polo sunt flamina primus in ipsa
Mox picturati conuertit pectoris artus
Sturnus edax premit ut tenues nil obuia plumas
Et ne post tergum pateat penetrabilis euro
Latipedem quæ anatem cernes excedere ponto
Sæpius et summa nebulam se tendere rupe
Iamq; super latices florum uolitare senectam
Stellarumq; comas rumpi procul æthere celso
Decidere in terras rutilarum spargere crines
Flammarum et longos a tergo ducere tractus
Inde etiam uentos mox adfore premonet usus
Quod si diuersis se passim partibus ignes
Excutiant uerret pelagus sine fine modoq;
Turba procellarum si duri limite ab euri
Si regione noti si lenis parte fauonii
Aut de bistonio mundi procul axe coruscat
Si repetunt ueterem rane per stagna querelam
Vellera si cœlo uolitent si discolor iris
Demittat gemino se fornice circulus albam
Si stellam tæter uelut ambiat æquora propter
Si crepitent uolucres si gurgite sæpius alto
Pectora mersentur si crebro garrula hirundo
Stagna adeat rutilat cum sint primordia lucis
Si matutinas ululæ dant carmine uoces
Improba si cornix caput altis inserit undis
Flumine terga rigans si sæuit gutture rauco
Plurimus abruptis fundetur nubibus imber
Imber erit totis cum bucula naribus auras
Concipit et late pluuiis sola cuncta madebunt
Cum proprias sollers sedes formica relinquet
Qua cauis hæc fert penetralibus aspera quippe
Tempestas gelidusq; dies et frigidus æther

Inſerit in ternis terrarum reditus æſtus
Pectora cum curuo purgat gallinula roſtro
Agmine cum denſo circumuolitare uidetur
Graculus et tenui cum ſtridunt guttere corui
Cum procera ſalum repetit langore frequenti
Ardea cum paruæ defigunt ſpicula muſæ
Et ſi nocturnis ardentibus undiq; teſtis
Concreſcunt fungi ſi flammis emicet ignis
Effluus aut lucis ſubſtantia langueat ultro
Conuenit inſtantes prænoſcere protinus imbres
Deniq; cum patulum torret uulcanus aenum
Scintillas flamma circumlabente relinquit
Si notus humentis libyco trahit æthere nubes
Si nimium ad montem nebularum craſſus amictus
Tendatur ſummo nudentur uertice ſaxa
Et qua pontus item freta per diſtenta quieſcit
Nubila ſi longo ſe procumbentia tractu
Diffundunt cælo et thetidi terriſq; ſupinis
Pax aderit nuſq; mundo ruet effluus imber

HIEMS. AESTAS

Ed cum tranquillo tenduntur craſta ſerena
Sub ioue uenturæ prænoſcere ſigna procellæ
Conuenit et rurſum cum perfurit aeris horror
Inſpice quem referant terris pelagoq; quietem
Inter prima tamen paruum præſpecta notatur
Arduus excelſo quod cancer cardine uoluit
Hoc cum concretus tenuari cæperit aer
Diſcutit impoſite latæ ſibi mollis amictum
Namq; ſereniferi patet hoc in flabra aquilonis
Cum minus et primo purgatur flamine uenti
Tempore tum proprior modulatur noctua carmen
Tum ueſpertinum cornix longæua reſultat
Tum corui crepitant et ouantia gutture rauco
Agmina crebra uocant tum nota cubilia leti
Succedunt pariter tum pinnis corpora plaudunt
Tunc et ſtrymonias circumuolitare repente
Suſpicies per aperta ubi mitior annus
Sponte procelloſum diſiecerit aera cœli

Tunc quoqꝫ cum ſtellis hebes eſt lux omnibus ultro
Nubila nec craſſos circũduxere meatus
Vt iubar oculerent flagrantibus obuia flammis
Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignes
Orbe nec expleto ſacra ſidera luna recundit
Sed iam ſponte ſua ſtellarum lumina marcent
Conuenit hibernæ prænoſcere dura procellæ
Nubila ſi cœlo conſiſtere nubila ferri
Si quæ ſuperfundis ibi met ſuſpexerit ultro
Gramina ſi carpit ſemenſa petacius anſer
Si nocturna tibi cornix canit heſperus æthra
Cum redit in numero ſi cantu graculus inſtat
Si matutino fringuilla reſultat ab ore
Si fugiunt uolucres raptim freta turbida nerei
Orchilos infeſtus ſi floricomis hymenæis
Ima petit terræ ſi deniqꝫ paruus eritheus
Succedit trepidæ ſcrupoſæ concaua rupis
Cecropias ſi paſtus apis uicinus ab ipſa
Caſtra inhibet florumqꝫ ſimul libamina mœſtæ
Proxima decerpunt ſi threiciæ per aperta
Sponte grues trepidant nec ſeſe audacius æthræ
Committunt pinnis ut longus ſæpe uolatus
Formauere ſuper ſi ſoluit aranea caſſes
Tenuia ſi toto uehit auſter licia cœlo
Mox tempeſtates & nubila tæthra cientur
Quid maiora canam cinis.cinis ipſe repente
Cum coit albenti nix terras ueſtit amictu
Nix operit terras rutilis ubi lumina prunis
ſumma rubent errantqꝫ breui caligine craſſa
Interius nebulæ & denſo iam fomes in igni
Marceſſit penitus pluuios mox arguet auſtros
Induit in modicis cum ſe met floribus illex
Indiga nam ſucci ligno natura rigenti eſt
Et cum flore nouo cum brachia glande grauantur
Vuentis cœli ſibi nutrimenta latenter
Sponte operata docet quin & lentiſcus amara
Inditium eſt pluuiis ter fœtum concipit arbos
Terqꝫ nouos genitrix fructus alit ipſaqꝫ trino

Flore renidescens tria tempora prodit arandi
Ter prorumpentis scillæ teres erigitur flos
Sulcandiq; solum ter monstrat tempus adesse
Sit & crabronum rauca agmina si uolitare
Fine sub autumni conspexeris æthere longo
Iam uespertinos primos cum cõmouet ortus
Vergilias pelago dices instare procellas
Si que sues lentæ si lanæ sedula nutrix
Si capra dumosis errans in saltibus ultro
In uenerem pergat quippe ollis uuidus aer
Excitat internum per uiscera mota furorem
Et tempestates & nubila protinus atra
Adfore præcipites quin & gaudebit arator
Quisq; solum iusti uersabit mensibus anni
Plebe gruum prima gaudebit tardus arator
Agmine pigrarum si quadam lege deorum
His comes est imber pecudes si deniq; terram
Lanigere fodiant caput aut tendatur in arctum
Cum madidus per marmora turbida condit
Pliadas occasus cum brume in frigora cedit
Frugifer autumnus ruet æthra concitus imber
An ne perruptis terrarum dorsa lacunis
Infodiant pecudes si uasto uiscera hiatu
Dissutiant terræ ueniet uis æthere toto
Dira procellarum nix omnis uestiet agros
Nix herbas lædet teneras nix uret aristas
At si contigerit plures ardore cometas
Inualidas segetes torrebit siccior aer
Nam quæ prorumpunt naturæ legibus ultro
Spiramenta soli si iustus defuit humor
Arida per cœlum surgentia desuper æthre
Ignescunt flammis mundiq; impulsa calore
Excutiunt stellas & crebro crine rubescunt
Contemplator item si longo plurima ponto
Agmina festinant uolucrum solidamq; frequentes
Succedunt terram sterilis desæuiet æstus
Ac sitient agri nam qua circumflua tellus
Adluitur pelago coquit altas siccior aer

Ceſpitis ărentis uentis citiuſꝗ calorem
Sentit humus ſic cincta ſalo fuga protinus ergo
Eſt áuium in terras pauet hos ut uiderit æſtus
Agricola et ſicco iam deflet mergite culmos
Sed ſi modico producant agmina ab undis
Nec trepido paſſim uerſent conuexa uolatu
Lætitia eſt duris paſtoribus adfore parcos
Præſumunt imbres ſic in contraria ſemper
Vota homines agimur noſtriꝗ cupidine fructus
Poſcimus alterius diſpendia deniꝗ et ipſa
Solers natura et rerum genitabilis ordo
Certa ſuis ſtudiis adfixit ſigna futuri
Nanꝗ et onis cupido ſi gramina tondeat ore
Inſaturata cybi decerpens latius agros
Paſtor inditium pluuialis frigoris edet
Etſi perſultans aries laſciuius herbas
Adpetit aut ſeſe ſuſtollant ſaltibus hedi
Vel ſi iuge gregi capiant hærere nec uſquam
Matribus abſcendant et ſi ſine fine modoꝗ
Pabula delibent cum tutas ueſpera dire
Compellat caulas monſtrabunt adfore nimbos
Bubus arator item trahit atro ſigna procellæ
Lambere ſi linguam prima hos ueſtigia forte
Viderit aut dextrum proſternere corpus in armum
Vel ſi prolixis auras mugitibus implent
Paſcua linquentes uix ueſpere dat capra moti
Rurſum ſigna poli cum pinnis illicis atræ
Multa inhiat docet hæc eadem ſus horrida cæno
Gurgitis in luuiæ ſi ſæpius inuoluatur
Martius ipſe lupus uillarum proxima oberrans
Affectansꝗ locos hominum lectumꝗ laremꝗ
Sponte potens craſſo conſurgere nubiba cœlo
Præmonet id parui cum ſtridunt deniꝗ mures
Cum geſtire ſolo cum ludere forte uidentur
Portendunt tibi met canis id præſentia ultro
Tellurem fodiens tamen hæc tamen omnia rerum
Adfore uel primo nimbos mox ſole docebunt
Vel cum curriculis lux ibit cepta ſecundis

Tertius aut uerſo cum uenerit ortus olympo
Non ſpernenda tibi ſint alia ſed memor uni
Adde aliud ſemper ſi tertia deniq; ſigna
Proueniant firmo uenturum pectore fare
E tranſactorum ſolers componere menſum
Signa laborabis ſi ſic fluxere reperta
Nequaquam trepidare pudor perſuadeat ullos
Aſtrorum lapſus aſtrorum protinus ortus
Diſcute ſi caſus ſimilis & ſtella per æthram
Prodidit exacti iam ſumma crepuſcula menſis
Et ſurgentis item primordia conſcius artis
Fare ſacræ menſum confinia ſumma duorum
Ceca latent lucis hæc ſemper ſe met in octo
Inſcia lunaris tendunt facis ipſe fideli
Perquires ſtudio & ſi quid ſibi forte repertum
Pluribus inditiis ſolers fulcire memento: τέλος

RVFI FESTI ARATVS EXPLICIT

INCIPIT EIVSDEM ORBIS TERRAE FELIX

q Va protenta iacent uaſtæ diuortia terræ
Et qua præcipiti uoluuntur prona meatu
Flumina per terras qua priſcis inclyta muris
Oppida nituntur genus hoc procul œ̃ animatũ
Qua colit aonii perget ſtilus impiger oris
Ardua res muſæ deus en deus intrat appollo
Pectora factidicæ quatiens penetralia cirrhæ
Pierides toto celeres helicone uenite
Concinat & phœbo ueſter chorus oceanumq;
Carminis auſpicium primum memorate camenæ
o Ceani nam terra ſalo præcingitur omnis
Parua ut cæruleo caput effert inſula ponto
Nec tamen extremo teres eſt ſuus undiq; in orbem
Qua colitur populis quã tellus paret aratro
Sed matutino qua cœlum ſole rubeſcit
Latior acciſi curuantur ceſpitis arua
Cætera protentus tria ſunt confinia terræ
Vnius eſt primum libye europæq; aſiæq;
Aequore ab heſperio qua ſe ſalis inſinuat uis
Terrarumq; canis inlabitur arduus atlas

Qua iuga celsa tument libye sese explicat ora
Finis huic gades septenaq; gurgite uasto
Ora procul nili phariorum hic gleba recumbit
Et pelusiaci celebrantur templa canopi
Europeq; dehinc læuum est latus ex procul ambas
Vna asia inclinans geminis se cornibus urget
Desuper ac rupti diuortia continet orbis
Europam atq; asiam tanais disterminat amnis Tanais
Hic se sarmaticis euoluens finibus ante
Scissus araxeo prius æquore iam suus unda
Effluit in scythiam procul hinc mœotida tethin
Intrat & inserto freta pellit uasta fluento
Ismariciq; riget semper flabris aquilonis
At qua piscosi gurges strepit hellesponti
Vis obliqua sali tepidum procumbit in austrum
Terrarumq; trium modus est mare donec in altis
Hora procul nili late tethis efflua serpat
Altera pars orbem telluris limite findit
Cespes terga iacens asiæ succedit in oras
Immensusq; modi protenditur hic latus arctans
Caspia contingit freta desuper atq; tumentis
Proximus euxino est asiam conterminus iste
Europamq; secat tellus sese altera in austrum
Porrigit insertoq; sinus interiacet agro
Nam sinus hic arabum sinus hic ægyptius unda
Aestuat & libycis asiam discernit ab oris
Sic diuersa fuit sententia rite quis orbi
Limes héretur totum hoc circumlatrat æstus
Et maris infesti moles ligat una furenti
Natura est pelago pelagi sed nomina mille
Aequor ut innumeris terrarum admouerit oris
Qua se blanda satis intendunt flabra fauoni
Hesperium oceano mare terras intrat ab alto
Axe lycaonie rursum facis atq; ubi dura
Belligeratores nutrit tellus arimaspas
Nomine saturni late iacet æquoris unda
Hic densata sali stant marmora pigraq; ponti
Se natura tenet nunquam ruit effluus humor

Mortuus hic graio perhibetur gurges in usu
Deniqꝫ ꝙ lento stupeat plaga salsa profundo
Vel ꝙ sole carens pars orbis tætra rigescat
Vis hebes has oras ardor titanius adflat
Vix euecta dies illuminat omneqꝫ late
Pingue tenebrosa cœlum subtexitur æthra
At qua primi dies rutilo sustollitur ortu
Aureus & tremulas late rubor inficit undas
Eoum pelagus freta dicunt indica ponti
Propter erythrei tenduntur dorsa profundi
Aethiopumqꝫ salum diffunditur hic notus æthram
Vritur & hic æstu radiorum phœbus anhelo
Arua coquit sterilis regio est & inhospita late
Aret humus cassæqꝫ solo torrentur arenæ
Oceanus sic cuncta uago complectitur æstu
Vndiqꝫ sic unus terras interminus ambit
Innumerosqꝫ sinus cauat in labentibus undis
Desuper & multis celebri sub nomine tm̄
Quattuor infuso late salo e terga dehiscunt
Primus in orbe sinus uasti maris æquora gingnit
Gurgitis hesperii procul hic protentus in oras
Faucibus a libicis æstum trahit atqꝫ ubi lætam
Pamphilia Cespite sub pingui pandit pamphilia glæbam
Deficit & curua sinuatur littoris ora
Alter item est primo breuior maiorqꝫ duobus
Hic prolapsus aquas boreali fusus ab alto
Terga procelloso turgescit caspia fluctu
Hyrcanum hoc pelagus pars nominat hinc duo rursum
Ora patent ponti geminus sinus æquoris intrat
Telluremqꝫ cauat qua se notus axe tepenti
Erigit horum unus uada longe persica fundit
Caspia conuersus procul in freta porrigiturqꝫ
Quartus arabs tumet hic rapido per aperta fluento
Euxiniumqꝫ salum uidet eminus en tibi rursum
Aequoris hesperii tractus loquar istius unda
Lambit terga soli qua se uagus explicat orbis
Nam uel cæruleo loca circumplectitur æstu
Vel celso dimissa iugo confinia radit

Mœnia uel fusi prestringit gurgite ponti
In zephyrum tellus extenditur oraqꝫ terræ
Vltima proceras subducit in astra colūnas
Hic modus est orbis gadir locus hic tumet atlas
Arduus hic duro torquetur cardine cœlum
Hic circumfusis uestitur nubibus axis
Et primum ruptas se pontus hibericus illinc
Inserit in terras caput autem principiumqꝫ
Europæ & libyæ est mediis infunditur oris
Inrepitqꝫ salum scopuli stant ardui utriqꝫ
Vnus in europam libyam procul aspicit alter
Sic diserta freto procera cacumina celsis
Emicuere iugis sic intrant saxa profundum
Sic subeunt nubes sic cœlum uertice fulcit
Maura abila & dorso consurgit hiberica calpe
Gallicus hinc æstus prouoluitur hic super orbem
Massiliam gens graia colit ligurumqꝫ tumescit
Aequor & indomito tellus iacet italia regno
Ausonis hæc regio est ubi genus ab ioue summo
Qua se flabra trucis boreæ per inhospita terræ
Eructant cœlo populis caput ænea clarum
Alba dehinc cautes est terminus hæc fræta propter
Trinacriæ summo consurgit littoris ora
Euuoluuntur item uada fusi cærula ponti
Insula qua cyrnus fluẜu madet alludente
Littoris ostriferi protendens latius undam
Sardinaqꝫ dehinc moles circūflua cingit
Aequoris & cano spumant freta concita fluẜu
Hinc tyrrhena sali sunt agmina qua notus axem
Humidus inclinat qua lux se rursus eoa
Emergit pelago seculi maris estuat unda
Obliquumqꝫ quatit gurges protentior altum
Vsqꝫ in saxosi phachyni iuga plurimus inde
In cretam trahitur ponti tumor hicqꝫ procul se
Inclinat rupes sese obuia fluctibus altis
Ingreditur pelagus corthynia mœnia iuxta
Ac procumbentis sola propter pinguia sexti
Prona maris cautes extenditur ut ferus ora

TEst aries ultroq; minas petit obuia fronte
Deniq; si colli nomen prior indidit ætas
Nec minus italiam cornu prospectat acuti
Littoris et rapidi perflatur iapygis ortu
Hinc se rursus aquis hadriatica marmora fundunt
In boream zephyrumq; dehinc deflexa parumper
Hic sinus ionius curuatur littoris acta
Alta petunt rauco penitus repentia fluctu
Cespitis et gemini tellus inrumpitur alto
Nam qua cæruleis pontus sese inserit undis
Illyricis in dextris pandit regionibus agros
Aemathiamq; supersulcat genus acre uirorum
Ausonidum læua est hic longo cespite tellus
Funditur et uaria populorum pube domantur
Arua soli trina hæc pelagi circumtonat unda
Nam qua se zephyri sustollunt flabra profundum
Tirrheni est pelagi qua se notus erigit æthræ
Sicanum late fluitat mare qua procul autem
Spirat ab eois pulcher regionibus euras
Ionii sunt terga sali sic italia tellus
Vt circumfusis latus amplum labitur undis
Effiua post siculi moles euoluitur alti
Inq; notum late uada ponti cærula serpunt
Donec harenosas attollant æquora syrtes
Infidumq; rati tenuent mare languida quippe
Aequore iam fesso sese trahit unda per ambas
Montibus ab siculis capit autem prona meatum
Creteisq; iugis uix syrtes inter oberrans
Partior et tenui pretexens ima fluento
Rursus ab idæa salmonide porrigit æquor
Se geminum naute farium dixere profundum
Quod procul hinc asie uergit confinia cautis
Sidoniq; dehinc late salis æstuat unda
Issicus in modico donec sinus ore patescit
Aequoris et nostri sit terminus arua ubi late
Pinguia proceris cilicum uersantur aratris
Curua salo forma est hinc sese marmora ponti
In zephirum torquent ac flexu lubricus errat

Gurges & exesas inlabitur unda lacunas
Sic uirosarum prolixa uolumina sese
Sponte cerastorum facili sub uiscere curuant
Sic spiras crebro sinuat draco seq; uel orbe
Colligit inclinans uel pronis agmina longe.
Tractibus absoluit stridet nemus undiq; totum
Pestifero afflatu serpens uagus inquinat æthram
Aut secus in lapso penetrantur littora fluctu
Et rursum tellus init æquora iugis ubiq;
Mugitus pelago est gemitu loca cuncta resultant
Imminet hic late pamphilia subluit illic
Vnde chelidonias inlisum murmurat æquor
Sæpius & crebra spumescunt æquora rupe
Terminus hic cautis patareidis eminet arcis
Ac rursum in zephyrum uada semet cærula curuant
Hic salis ægei tractus tonat inq; bootis
Plaustra dehinc rapidi flectuntur marmora nerei
Saxosis sporadum sæpe obluctantia ripis
Non aliud tanta consurgit mole profundum
Non sic curia thetis fluctu tumet extimus olli
In tenedum cursus pelagi caput incipit imbri
Cæspitis hic proni protendens dorsa propontis
Flatibus ex boreæ tepidum procumbit in austrum
Immenseq; asiæ populos alit ubere terræ
Hic artas inter fauces atq; obuia saxa
Thracius angustas discludit bosphorus oras
Bosphorus inachiæ subuector uirginis olim
Nam uicina sibi stant littora terraq; parci
Faucibus oris hiat prona sinus euomit unda
Proxima non alibi tm̄ diuortia cernas
Cæspitis hæc pecoris dorso sternacis in æquor
In achis illata est sic pectus canduit ira
Pælicis & tanto diuam dolor extulit igni
Illic instabili fama est sale saxa moueri
Inferriq; sibi flabris urgentibus oras
Hic rigides errare ferunt per marmora cautes
Et nunc ora soli uastas prætendere rupes
Nunc aperire sinum gemit amplo murmure pontus

Seu quod collisas thetis indignata per arces
Sæuiat obiectis seu quod breuis exitus undas
Exerat et strictis eructet faucibus æquor
Interius lato pontus se gurgite fundit
Vndarumq; procul latus explicat aurea phœbi
Qua rota purpureo repetit conuexa sub ortu
Sic obliqua maris panduntur deniq; dorsa
Vt matutinis inclinet æquor habenis
Longior aut boreæ concedat gurges in axe
Pontus enim nostræ sinus est amplissimus unde
Hic asia ableuis præcingitur europamq;
Excipit aduersus quæ dehinc se thracius arctat
Bosphorus et tenui uix panditur oris hiatu
At qua diducto pontus distenditur æstui
Et porrecta mari terræ iuga longius intrant
In pelagus tractuq; uago sua littora linquũt
Cæspite paphiaco prodit saxosa carambis
Altera se cautes similis procul arietis ori
Dura pruuinoso qua torpet taurica cœlo
Exerit et tenta late premit æquora fronte
Eminus ista notum uidet arctos eminus illa
Porrho inter fluctus ac fusi marmora ponti
Proxima celsarum sic sunt sibi dorsa lucorum
Quamuis uasta sali moles interfluit arces
Vt gemini sit forma maris sed brachia pontus
Finibus arctoris eoæ lucis in ortum
Et qua prona dies atris inuoluitur umbris
Molliter inclinás stythici speciem facit arcus
At tepedi de patte noti directitur ora
Continuumq; iacens rigidi sub imagine ruii
Tenditur excedit confinia sola carambis
In boream uergens boreali rursus in arcto
Ore sinus patulo mœotidis arta paludis
Aequora prerumpunt schyta late barbarus oras
Incolit et matrem ponti congominat undam
Sola parens ponto genitrix hæc sola fluento est
Hoc se fonte trahunt uaga glauci marmora ponti
Cimmerio prolapsa sinu nam bosphorus illic
Cimmerius fauces aperit circũq; superq;

Cimmerius gens dura colunt hic ardua taurus
In iuga consurgit cœlumq; cacumine fulcit
Verticis & celsis late caput inserit astris
Huc mirante salo quandam sese intulit argo
Tessalla & in nantem stupuerunt æquora cymbam
Sic uasti moles pelagi interfunditur oras
Sic se forma maris toto procul explicat orbe
Nunc tibi tellurem uersu loquar incute docto
Phœbe chely plectro musis intermina Vita
Permanet & memori laus semper pullulat æuo
Indefessa tuæ sint mentis acumina lector
Sudorisq; mei potulo bibe carmina ritu
Dulcis in his haustus meritum graue gratia perpes
Ergo solum terræ que libistidis ora per austrum
Tenditur eoæ procul in confinia lucis
Gades principium est caput huius cespitis autem
Arctius angusto conducit littora tractu
Oceaniq; salum cuneo subit istius oræ
Terminus imensis arabum concluditur undis
At latus hoc terrre diffusius explicat agros
Aruaq; tenta patent hæc pingui cespite tellus
Aethiopum est nutrix qui nigros propter erebas
Extremi lybiæ curuo sola uomere sulcant
Et rursum ethiopes soli subiecta cadenti
Arua tenent sic scissa uirum gens ultima terræ
Incolit hos adflant rutile in cunabula lucis
Hic iam præcipitis terrentur solis habenis
Propter proceras zephyri regione columnas
Mauri habitant his fluxa fides & in hospita semper
Corda rigent trahitur duris uaga Vita rapinis
Proxima se late numidarum pascua tendunt
Massaliiq; super populi per aperta locorum
Pallentes agitant certi laris inscia gens est
Nunc in dumosas erepunt deniq; rupes
Nunc quatiunt campos nunc siluas inter oberrant
Coniugibus natisq; simul cibus aspera glando
Omnibus haud ullis sulcatur cespes aratro
Non his mugitus pecudum strepit inclyta post hos

Mœnia consurgunt tyriæ cartaginis illa
Vrbs phœnissima prius libyci nunc susis alumna
Paci blanda quies & bello prompta cruento
Ast hinc in syrtim præceps ruit una minorem
Vlteriusq; dehinc qua lux se reddit olympo
Maior uasta sibi late trahit æquora syrtis
Insidumq; rati pelagus furit ardua quippe
Vndarum moles tyrrheno cognitus æstu
Curuatumq; salum quatit amplo littora fluctu
Ecce alia lento prorepit gurgite nereus
Vndaq; uix tenuis siccas prætexit harenas
Immemor ergo modi semper natura duabus
Syrtibus & classem sors crebro cæca fatigat
Ambarum medio procera neapolis arcem
Subrigit hanc rursum gens late prisca uirorum
Lotophagi includunt durosq; nassamonas indit
Accipe quis quondam populorum examina multa
Versauere solum multos sonuere per agros
Balatu pecudes nunc lati iugera campi
Et grege nuda iacent & sunt cultoribus orba
Ausonis hæc duro uasta dextera bello
Ausonis inuicti gens roboris una per orbem
Arma tulit pubem latiam ferus horruit hister
Romanas aquilas rhodanus tremit italidum ui
Mœsta paludiuagos germania fleuit alumnos
Illi cæruleas attingunt æquoris undas
At qua nauigero tellus discedit ab æstu
Innumeræ gentes populorum examina mille
Arua tenent hic fata canit uenerabilis hāmon
Mugit harenosis nemus illic deniq; lucis
Adstat tyrenæ propter uetus erigiturq;
Vrbs procera arces & apolline diues alūno
Marmaride iuxta procul hic tamen ultima regni
Egypto inclinant tergo getulia glebam
Porrigit & patulis ingrate finibus errant
Protinus hinc garamas late confinia tendit
Trux garamas pedibus pernix & harundinis usu
Mobilis at quantum terrarum in terna recedunt

Vt procul oceano tellus uicina madescat
Aethiopum populos adit ampli cæspitis ora
Terminus æthiopum populos adit ultima cernæ
Post blemyes medii succedunt solis habenas
Corpora proceri nigri cute uiscera sicci
Et circũuicti neruis extantibus artus
Hi celeres molles currunt pede semper harenas
Nec tamen impressæ linquunt uestigia plante
Eminus euoluunt hinc sese pinguia nili
Flumina & intenti probabitur æquoris unda
Hic qua secretis incidit flexibus agros
Aethiopum in lingua siris ruit utq; siene
Cærulus accedens diti loca flumine adulat
Nomine se claro nilum trahit inq; iacentem
Egyptum fusus fluctu premit arua marito
Fœcundatq; solum procul illic agmina cogit
In boream scissusq; uagis anfractibus æquor
Proferit & ponto septem ser us explicat ora
Non olli compar quisq̃ fluit inclyta quáquam
Vndiq; se totis eructent flumina terris
Nilus & imensos ulnam dispergit in agros
Et foliet inuecto sata gurgite nilus honorem
Telluri reparat nilus freta maxima pellit
Hic asiam ab libya disterminat axe fauoni
Secernens libram redeuntis solis ab ortu
Disiungens asiæ medio confinio fluctu
Nec procul illa uirum gens incolit actibus olim
Quæ prior humanas leges & iura notauit
Vomere quæ duro quæ longi pondere aratri
Solicitauit humum quæ secus edere sulcis
Tellurem docuitq; cedens partibus æthram
Prodidit obliquo solem decurrere cœlo
Istius ergo tibi formam regionis & oræ
Expediat uersu blandus prætenditur aer
Prodigus herbarum cæspes iacet aspera nusquã
Culmina consurgunt portus cauat ora frequentis
Quicquid terra dehinc redeuntis sufficit anni
Tempore præ cunctis stupeas speciesq; modoq;

Trina loco frons eſt ſed latior axe bootis
Luce ſub eoa conſtructior uſq; ſienẽ
Tenditur unde pii uoluuntur flumina nili
Hic urbs eſt thebæ thæbe quæ mœnibus altis
Præcinxere larem memnon ubi tithonæus
Suſpectat roſeas auroræ matris habenas
Pars que coeandis cedit ab æquore ſeptem
Oppida ſuſtentat noti pars uergit in oram
Et modus eſt olli ſerbonidis alta paludis
Altera pulſatur genitabilis ore fauoni
Hic urbem poſuit pellææ dextera gentis
Hic inter celſas late ſurgentia nubes
Templa ſinope iouis adſtabant nixa columnis
Diuite ſaxorum circũueſtita metallo
Aure fulta graui niueo radientia dente
Nec minus hic ſpeculæ uertex ſubducitur exquo
Cernere ſit longe pollenidis intima terræ
At qua ſurgenti terræ pars conſcia phœbe eſt
Aggere murorum peluſia mœnia ſurgunt
Gens hic docta ſali tumido freta gurgite currunt
Inq; procelloſos lembum conuertere fluctus
Ludum habet & rauca uita producit in unda
Talis forma iacet libyæ taliq; receſſu
Ab zephyro eoum tellus incumbit in axem
Iſtius extenti ſola cæſpitis undiq; ſulcant
Gentes innumeræ quæ ſparſæ littore longo
Oceani auſtralis uada late cærula tangunt
Et quæ multimodi media tellure agitantes
Arua domant & quæ tritonidis alta paludis
Vt circumfuſo populorum examine tingunt
Nunc tibi & europæ fabor latus hæc ubi terras
Intrant athlanti uis æquoris accipit ortum
Vnus utráq; ſalis fluxus ſecat & procul unum
Diſtinet os ambas eadem inſinuatio ponti
Europam & libya rapido diſterminat æſtu
Sed prior illa tamen tepido perfunditur auſtro
Hæc ſubit inſanos tergum curuata aquilones
Ambæ aſiam rurſum ſimili ſub limite tangunt

Aequus utrinqꝫ modus protenditur ut simul ambas
Si conferre sibi quisq̄ uelit una parumper
Vt credatur humus mediiqꝫ interflua ponti
Subtrahat extemplo quali nux pinea forma est
Singula uersanti talis succedat imago
Europæ et libya sic nam latus explicat ambas
Vnum et utrinqꝫ caput similis quoque finis utrunqꝫ
Sed tamen hesperii qua spectant æquoris undam
Ambe producto coeunt sibi cæspite terre
Quas matutinus sol istas ignibus adflat
Latior ambabus species distenditur unum
Hoc agili sub mento teneas uelut obuia habebis
Cætera terrarum tellus europa columnis
Proxuma magnanimos alit æquo cæspite hiberos
Hi super oceani borealis frigida tangunt
Aequora et ex cursu diffusi latius agri
Arua tenet duris nimium uicina britannis
Flauaqꝫ cæsariem germania porrigit ora
Dumosa herciniæ peragrans confinia siluæ
Inde pyrenæi turgescunt dorsa niualis
Gallorumqꝫ truces populi per inhospita terre
Vitam agitant tum cæruleum padus euomit antrum
Flumen & extento patulos premit æquore campos
Hic prius heridani propter nemorosa fluenta
Fleuerunt liquidæ lapsum phætontha sorores
Mutatæqꝫ manus planxerunt pectora ramis
Nec procul hinc rigidis insurguut rupibus alpes
Nascentemqꝫ diem celso iuga uertice cernunt
Porrho intercautes et saxa sonantia rhemis
Vertice qua nubes nebulosus fulcit at ulla
Vrget aquas glaucoqꝫ rapax rotat agmine molem
Gurgitis oceani donec borealis in undas
Effluat et celeri perrumpat marmora fluctu
Quin et danubium produnt secreta repente
Barbara sed discors tamen est natura fluento
Abnoba mons histro pater est cadit abnobæ hiatu
Flumen in eoos aut conuertitur axes
Euxinoqꝫ salo prouoluitur ora per æquor

Quinqꝫ uomunt amnem quam se procul insola teuce
Exerit hunc rigidi qua spirant flabra aquilonis
Sarmata germani getalia sternæqꝫ feroces
Dacorumqꝫ tenent populi tenet acer halanus
Incola tauristi scytha littoris indeqꝫ rursum
Dira melanchæni gens circumfusa uagatur
Proxima neruorum regio est celeresqꝫ geloni
Præcinctiqꝫ sagis semper pictis agathyrsi
Inde boristhenii uis sese fluminis effert
Eximũ in pelagus tunc æquora panti capæi
Ardesciqꝫ ibi cæso de uertice surgunt
Riphei montes ibi dura sæpe sub arcto
Densa pruinosos eructant nubila nymbos
Hic dites uenæ niueum gignunt crystallum
Ad quæ hic indomito tellus adamante rigescit
Inter ripheos & proceros agathyrsos
Hæc gentes histrum qua se plaga dura bootis
Porrigit incumbit medii de parte diei
Per dumosorum reptantes dorsa iugorum
Gerrhæ habitant gerrhas attingunt oppida late
Norica & inmodice rursum loca pinguia glebæ
Pannonia exercet borean subit altior agro
Mœssus extento post tergum cæspite tragas
Plurimus excedit tunc ipsi maxima thraces
Vomere sollicitant curuo loca deniqꝫ longo
Qua porrecta iacet spacio piscosa propontis
Et se præcipiti fluctu furit hellespontus
Aegæum dehinc procul in mare plurima thraces
Arua tenent his mellifluis pallena sub antris
Lichnitis rutilæ flammas alit hic & iaspis
Fulua nunc at stellis quantum conuexa per æthræ
Ignea perpetuis ardescunt sidera flammis
Hic rursum occiduis europam fabor ab oris
Hæc tãquam speculis adsurgens plurima tinis
Spectat achemeniæ lucis iubar unus hiberos
Limes habet limes tenet alter deniqꝫ graios
Ausoniæ medius protendit latius arua
Oceani uicina salo qua glauca recumbit

Oceani hesperii tum & illic ardua calpe
Hic hispanus ager tellus ibi diues hiberum
Tartesusque super sustollitur indeque censi
Gens agit in rupis uestigia pyreneæ
Protendens populos medios e limite glæba
Ausonis effundit mediam secat apenninus
Ausoniam nam qua boreali uertice ab æthram
Concrescunt alpes surgit caput apennino
Et qua si cánii tellus madet æquoris æstu
Vt protelatæ molis iuga gurgite condit
Huc circa multæ sola sulcant proxima gentes
Et tamen has omnes solers tibi musa loquetur
Prima uetustorum gens est ibi tyrrhenorum
Inde pelasgam manus cyllenæ finibus olim
Quæ petit hesperii freta gurgitis arua retentat.
Itala tum multæ tenduntur parte latini
Per quos flauentis tybris pater explicat undas
Romanusque lares lapsu prelambit alumno
Hic campanus ager glæbam iacit hic freta quondam
Partenopen blando labentem in marmora ponti
Suscepere sinu tepidum si rursus in austrum
Conuertare oculis nemorosi maxima cernes
Culmina picanicoma largi palmitis illic
Tenditur ac fuso bacchus tegit arua flagello
Tunc lucanorum regio insurgentibus alte
Cautibus horrescit crupus sola creber iniqua
Asperat & denso cæcantur stipite siluæ
Vricius hic humo sacer colit inter & arces
Obsidet infidas donec sicana fluénta
Intendant pelagus displosisque æquora terris
Instabile inclinent semper mare qua uel eois
Hadrias unda uadis largam procul expuit algam
Vel qua tyrrheni præceps inuoluitur æstus
Ab zephyro hinc rupes dorsum tumet inque bootis
Plaustra patens albo consurgit uertice saxum
Hunc se prisca locri gens intulit & sale longo
Eminus inuecti qua pontum gurgite rumpit
Flumen alix graiæ texerunt lintea cũbæ

Hinc metapontini diſcurrunt latius arua
Inde croton piſcis attollit mœnia muris
Aeſarus hic amnis ſalſa conuertitur unda
Et iunone calent hic aræ præſule ſemper
Ne minus ex citi poſt flumina dira tonantis
Infortunatæ ſybaris uicina ruinæ eſt
Samnitæq; truces habitant confinia poſt hos
Gens mareum quondam tenuit loca tumq; tarentum
Surgit amyclæi ſoboles prædura tyranni
Hinc iacet in patulos proiecta calabria campos
Et ſuper arenti tenduntur iapyges agro
Huc ſe præcipiti cogit ferus hadria ponto
Hic aquileia decens celſis caput inſerit aſtris
Tergeſtumq; dehinc curuis alis incubat oram
Extimus ionii qua ſe ſinus æquoriſ abdit
Tot populi auſoniam circũdant mœnibus altis
Italiam cingunt tot diti cæſpite gentes
In uuiar eoum rurſum ſe caper uia flectunt
Aequora & aſſyrium ſupectant eminus axem
Ionii freta glauca ſali primoſq; liburnos
Præſtringunt pelago gens hylli plurima rurſum
Accolit hic tenui tellus diſcluditur æſtu
Illiris ora dehinc diſtenditur hicq; periclis
Sæpe carinarum famoſa ceraunia ſurgant
Tunc pro repentis qua ſunt uada turgida nerei
Harmœniæ & cadmi ſuſtentat læba ſepulchrum
Barbara nam longo iactati ſæpius orbe
Poſtquam liquerunt hiſmeni fluminis undam
Hic in cæruleos mutati membra draconis
Abſoluere diem finemq; dedere labori
Nec minus hic aluit monſtri genus arbiter æthræ
Edidit adſiſtunt ſcopuli duo cũq; quid atri
Imminet euentus ut uulgi corda fatiget
Sors rerum & gentem terat in dementia fati
Et motantur humo & coeunt ſibi uertice ſaxa
Sed qua mitis item ſpirat notus oriciumq;
Pulſant flabra ſolum graiæ confinia terræ
Incipiunt aperire latus prolixaq; longis

Iugera producunt ſpatiis precincta duobus
Aequoris infuſi pro curſibus hanc freta quippe
Aegæi lambunt pelagi citus hadria rurſum
Subluit hanc fluctu gemino ſic gurgite latæ
Graia manet tellus ſortitaqꝫ marmora uentus
Quæqꝫ ſuos imo turgeſcunt mota profundo
Eurus in ægeum contorquet flabra latentis
Parte poli zephyris hadriatica terga tumeſcunt
Inſula ſe rurſum pelopis uiſentibns offert
Inſula quæ plantani ſolio compar ſedet iſthmi
Quippe caput ſummum conducitur artaqꝫ uergit
In boream tellus & graios adiacet agros
Cætera ſub folii ſpecie diſtenditur arua
Ac per utrunqꝫ latus ſinuoſo ſæpe recedit
Cæſpite ſed tepido qua tellus tenditur auſtro
Glaiorum tripoli ſterili ſe porrigit ora
Hinc ſacer alpheus flumen trahit et uagus æquor
Influit eurotas piſanos alter adſulcat
Alter amyclete celeri ſecat agmine terras
Inſula qua curuas inclinat concaua ualles
Arcades immenſum propter degunt erymãthum
Hic diſtentus aquas ſata lambit pingula ladon
Iuxta argius ager iuxta ſunt culta laconum
Illos prima dies celer iſtos aſpicit auſter
Iſthmi terga dehinc geminus circũlatrat æſtus
Parte ephyres piceas qua nox agit atra tenebras
Et matutinus qua lucem proferit ortus
Hic riſu graio nomen tenet unda ſaronis
Atticus hanc ultra limes iacet attica tellus
Celligeratorum genitrix memoranda uirorum
Fertilis hæc herbas illuſum ſubuehit amnem
Illis ſi borea ſtagno tulit orythyam
Bœtumqꝫ dehinc ſeſe confinia iungunt
Et locris & patulis ſulcator theſſalus agri
Et macetum prepingue ſolum tumet arduus hemus
Threiciumqꝫ caput ſubducitur adiacet hemum
Partibus ab zephyri dodonæ uatis alumnus
Axenotridas ſubter rupes aracinthi

Gens æcola colit campi sibi pulcher apertis
Labitur et uirides sulcans tarras achelus
Inruit hadriaci tergum maris hicq; frequentes
Fluctibus attolluntur hæc inades haud procul inde
Prisca cephallenæ consurgunt oppida terræ
Delphica quin etiam miscet confinia phocis
Lucis in exortum protentior inq; booten
Thermo philæ cedunt hic se parnasia rupes
Erigit hic celeri cephisus euoluitur unda
Hic quondam phyton transactus harundine membra
Sanguinis & cassus prolixa uolumina soluit
Illic sæpe deum conspeximus adridentem
Inter thuricremas hic phœbum uidimus aras
Nunc ut quæq; uagos surrexerit insula ponto
Ordine quo steterint pelago circunflua saxa
Ex pediam cymbe ducatur cursus ab unda.
Gurgitis occidui precor aspirate camenæ
Inter & oppositas intendite linea terras
Gadir prima fretum solida supereminet arce
Attolitq; caput geminis inserta columnis
Hæc continussa prius fuerat sub nomiue prisco;
Tartassumq; dehinc tyrii dixere coloni
Barbara quin etiam gades hanc lingua frequentat
Pœnus quippe locum gadir uocant undiq; sæptum
Aggere prædueto tirii perinhospita late
Aequora prouecti tenuere ut cæspitis oram
Constituere domus dant hi quoq; maxima templa
Amphytrioniade numenq; uerentur alumnum
Insula se propter gymnesia tollit ab alto
Ac dilecta uago pecori consurgit ebusus
Sardiniæq; arces & in horrens corsica siluis
Aeolides que dehinc tumidis se fluctibus edunt
Insulæ & inserto canescunt undiq; ponto
Has dudum tenuit rex æolus æolus illic
Hospita iactatis indulsit littora nautis
Eolus imperio sũmi iouis arbiter alto
Impositus pelago est effundere carcere uentos
Et sedere salum septem sese æquoris æstu.

Emergunt arces sese æquoris æstu
Hic habuit tunc ausoniam se pandit in oram
Tellus trinacria & patulo distenditur agro
Hæc aūt trinis laterum pro cursibus adstat
Ternaq; cæruleis longe iuga porrigit undis
In matutinos pachynos producitur ortus
Pars tepet a zephyro lilybeia celsa peloris
Tota sereniferæ pulsatur flatibus ursæ
Hic inter infidum pelagi miserandaq; fata
Inuoluere salo fluctuq; hausere uoraci
Sæpe ratis surgent angustæ marmora fauces
Arctam præcipitant properum confinia pontum
Qua se parte dehinc celsæ notus erigit æthræ
Vis late libyci furit æquoris una ibi syrtis
Ast aliam ulterius freta prolabentia tendunt
Paruaq; ceruleo circūsonat æquore mixam
Rursus in hadriacam lembum cogentibus undam
Et læuum curua pelagus sulcantibus alno
Insula se graii diomedis gurgite promit
Italiam spectans & iapigis arua coloni
Huc illum motæ quondam tulit ira diones
Postq̄ per celeres extorrem traxit hiberos
Coniugis huc dire misit furor ægialiæ
Ionii siquis rate rursum cærula currat
Aequora & eoos cymbam producat in ortus
Ab syrti cautes & crebras protinus arces
Inuenient colchos huc quondam cura fidesq;
Extulit insanam sectantes & inent
Ne procul ionii per terga libyrnides adstant
Inq; notum post dura ceraunia carbasa siquis
Torqueat & tipido lembum declinet in axes
Ambracio taurum succedunt protinus artes
Alcinioq; demus pandetur cercyra rursum
Cercyra compta solum locupleti cércyra sulco
Hanc superest tellus pithaci uetus aula tyranni
Exulis & toto raptati sæpe profundo
Plurima præterea consurgunt gurgite saxa
Quæ protentus aquas achelous pulcher oberrat

Amnis usqꝫ dehinc alias circunfluit undas
Quæ tamen in boream uergant magus acquila parua
Et procera caput turgescunt pulchra cythera
Eminet hic etiam saxosa calauria iuxta
Carphatus hic rupes attollitur hæc tamen axem
Respicit occidum nutrix hic creta tonantis
Multa latus glæbamqꝫ ferax & opima uirentum
Erigitur pelago cretam super adstitit ida
Ida procellosis agitans aquilonibus ornos
Nec procul ægyptum rhodus adiacet adiacet ora
Suniades qua se prætendit cæspes abantum
Fertilis æginæ tellus & opima salamis
Lucis ab exortu pamphilia qua cauat æstum
Prolabentis aquæ ciprus alta cingitur unda
Adquæ dionæi pulsatur littoris acta
Inde chelidoniæ crisse se gurgite tollunt
Quas frons tenta salo patareidis eminet arcis
Læta dehinc aradus phœnicum preiacet oram
Multus ubi exesæ sinus est telluris ab alto
Ac latus omne soli procul in dispendia cedit
Littoris & curuo prælambitur ora fluento
Mirus et ille dehinc ægei gurges habetur
Qui gemina de parte sali uelut ordine uiso
Saxa mari profert circũflua tenuia sese
Qua freta præcipitant athamantidis inclyta læto
Sestus ubi atqꝫ abdidus paruo sale discernuntur
Et uicina sibi lambit confinia pontus
Pars procul europæ leuum latus altera porrho
Ditem asiam spectat cuncte tamen ordine facto
Insulæ in arcti procedunt plaustra bootis
Europam incumbit prolixus limes amantum
Scirus ibi late dorsum tumet accepere paratum
Protollit pelagus iuxta uulcania lemnus
Erigitur cereriqꝫ thasus dilecta profundo
Proserit albentis e uertice prominet umbrus
Thressaqꝫ consurgit propter thasus indeqꝫ rursum
Cyclades accedunt asiam delumqꝫ coronant
Omnes fatidico curant solennia phœbo

Nam cum uerē nouo tellus se dura relaxat
Culminibusq; cauis blandum strepit ales hirundo
Gens deuota chorus agitat cratituq; sacrato
Ludunt festa die uisit sacra numen alumnum
Hinc sporades crebro producunt cæspite sese
Densa serena toceus splendentia sydera coelo
Nec minus attolluntur ionides insulæ ab alto
Hic iuxta caunus samus hic saturnia iuxta
Tumq; chius patule prospectans arua pelinæ
Lesbus item & tenedus per aperti marmora ponti
Expediunt arces & culmina nubibus indunt
Hinc se piscosi pandit sinus hellesponti
Hic salis arctoi spumat uenit impiger æstus
Hic potenta quatit late freta glauca propontis
Si quis læua dehinc euxini marmora sulcet
Craborystenii qua fluminis in mare uergunt
E regione procul spectauit culmina leuces
Leuces cana iugum leuce sedes animarum
Nam post fata uirum semper uersarier illic
Insontes alunt animas ubi concaua uasto
Cedit in antra sinu rupes ubi saxa dehiscunt
Mollibus exesis & curuo fornice pendēt.
Hæc sunt dona piis sic illos iuppiter imis
Exemit tenebris ereby sic inscia uirtus
Rursum cimmerius qua bosphorus ora patescit
Dexterior ponto subit insula uastaq; late
Excedit moles pelagus sedet eminus ingens
Phanagore & muros attollitur hermonassa
Hæc maris infusi consurgunt insulæ ab alto
Exterior quas unda dehinc circūfluus & quas
Aestuet oceanus quibus ille fatibus omnes
Culmine pulsentur memori date carmina musæ
Propter atlantæi tergum salis æthiopum gens
Hesperides habitat dorsum tumet hic erythya
Hic que sacre sic rerga uocat gens ardua montis
Nam protenta iugum tellus trahit hoc caput amplæ
Proditur auropen en genitrix hæc ora metalli
Labentis stagni uenas uomit acer hiberus

Hæc freta ueloci percurrit sæpe faselo
Eminus hic aliæ gelidi prope flabra aquilonis
Exuprant undas & uasta cacumina tollunt
Hæ numero gemine pinguis sola cæspitis amplæ
Conditur occidui qua rheni gurgitis unda
Dira britannorum sustentant agmina terris
Hinc spumosus item ponti liquor explicat æstum
Et breuis e pelago uertex subit hic chorus ingens
Fœminei coetus pulchri colit orgia bacchi
Producit noctem ludus sacer aera pulsant
Vocibus & crebris late sola calcibus urgunt
Non sic absyntti prope flumina thraces & almæ
Bistonides non qua celeri ruit agmine ganges
Indorum populi stata curant festa lyæo
Longa dehinc celer sic quis rate marmora currat
Inq; lycaonias cymbam procul urgeat arcto
Inuenit & uasto surgentem uertice thylen
Hic cum plaustra poli tangit phœbeius ignis
Nocte sub inlustri rata solis fomite flagrat
Continuo clarumq; diem nox æmula ducit
Nam sola obliqui torquetur cardine mundi
Decretosq; super radios uicinior axi
Occiduo inclinant donec iuga rursus anhela
Deuexo accipiat cælo notus inde fluenta
Tenduntur scythici longe maris in fasis ortum
Eoa & ut coeaneis se repit ab undis
Insula quæ prisci signatur nominis usu
Aurea quod fulua sol hic magis orbe rubescat
Contemplator item ceu se mare in austrum
Inq; notum oceanus freta ponti cærula curuet
Altaq; calladis mox hic tibi dorsa patescent
Rurpis & intenti spectabis cæspitis arces
Pro quibus ingenti consistens mole per undas
Insula taprobane gignit tætros elephantos
Et super æstiferi torretur sydera cancri
Hæc immensa patet uastisq; extenditur oris;
Vndiq; per pelagus latus aut protinus olli
Agmina cetosi pecoris uaga monstra profundi

Adludunt feruent ærythrei marmora ponti
Tota feris hæc ut rigidi iuga maxima montis
Nubibus attollunt latus omne & terga tumescunt
Instar in his rupis spinæ tenor arduus adstat
Mollibus in celsis rupis quoq; creber inhorret
An æquis rapidi subiectus gurgitis unda
Nec in terga salis lembum contorqueat unquam
Ane monstrigenis hostem licet inferat æstus
Fluctibus in modice late patet oris hiatus
Quippe færis antro panduntur guttura uasto
Protinus hæc ipsas absorbent fauce carinas
Inuoluuntq; simul mox monstra uorantia nautes
Ogyris inde salo promit caput aspera rupes.
Carmanidis qua se pelagi procul inuehit undas
Regis erythrei tellus hæc nota sepulchro
Tenditur & nudis iuga tm̄ cautibus horrent
Persicus hinc æstus fauces hiat insula rursum
Si tamen in boream flectantur carbasa cymbæ
Icarus aerio consurgit uertice in auras
Icarus ignicomo soli sacra nanq; sabæi
Thuris ibi semper uaga fumum nubila uoluunt
Insule in oceani pro cursibus hæ tibi tm̄
Carmine rundigenæ multas uehit undiq; pontus
Præterea paruas specie famaq; carentis
Pars uidet europam non has tamen aut modus oræ
Aut interna caui commendant uena metalli
Harum alie diris referant uix littora nautis
Et scaber in multis scrupus riget undiq; iniquus
Subrigitur uertex & inhospita cæspitis ora est
Harum quis ualeat numerosa ut nomina fari
Pars asiam libyam pars adiacet altera ponto
Si uelit hos ullus uelit idem scire quot alto
Curuentur fluctus pelago quot sydera cœli
Elucent flammas quod robora proferat ida
Quantus harenarum numerus uersatur ab euro.
Carmine nunc asiam formet stilus incute doctam
Phœbe chelyn totis helicon aspiret ab antris
Maxima pars orbis narrabitur inclyta tellus

Prometur musis terrarum summa durarum
Vnius est limes qua cespite protegit ambas
Vastius est asiæ diti caput indeq; sensim
In matutinos oram conducitur axes
Hic adstare procul bacchi fert fama colūnas
Vltimus oceani qua terras adluit æstus
Indica qua rupes tumet extima qua uaga ganges
Cespite dorsa trahens in heliseum platamona
Porrigitur similis nequaquam est forma duabus
Nec modus est compar secat unus deniq; pontus
Europam & libiam multus circūsonat istam
Oceanus trinoq; sinu uagus influit æstus
Vnam asiæ molem sinus istam persicus instat
Maximus hanc arabum scindit sinus & sinus æquor
Inserit hircanus duo nigri partibus austri
Curuantur rigidam suspectat tertius arcton
Hic & in euxini prorepit marmoris undam
Et zephyrum tergo spectat procul adiacet ambos
Tellus multa dehinc & longis tenditur aruis
Ast asiam incumbit uasto mons aggere taurus
Interstat que iugo mediam pamphylia campo
Qua iacet incipiens ad uerticis ardua ducit
Indorum pelagus nunc autem subrigit idem
Obliquas arces & flexilis aera pulsat
Nunc directa solo tentus uestigia figit
Mille dehinc amnes unus uomit exerit unus
Flumina per terras uel qua riget ora bootis
Vel qua lene notus spirat qua perstrepit eurus
Et qua delecto zephyrus substollitur axe
Nec tamen hic uno signatur nomine ubiq;
Sed dum flectit iter nouus emicat utq; tumenti
Gens uicina subest peregrina uocabula mutat
Accipe qui populi circūdent deniq; taurum
Maeotæ primi salsam cinxere paludem
Obuersatur item trux sarmata bellica quondam
Gentis amazonidum soboles nam cum prius illæ
Egisti uasti prope flumina thermodoontis
Threitio de marte satæ iunxere profectæ

Concubitus longas exercet sarmata siluis
Ex quibus elapsus tanais procul arua pererrat
Barbara & in salsam protendit terga paludem
Hic asiam europam disterminat arduus istum
Caucasus eructat scythicos hic fusus in agros
In pacatorum nutrit pubem populorum
Huius utrunq; latus quatit amplis bruma procellis
Constrictumq; tenent hunc frigora proxima rursus
Cimmerius Indiq; colunt cercitia gens est
Ad quore getarum propter genus indeq; achæi
Ab xanthiripis atq; ideo simoente
Inter chauri crepassent scruposas conuallis
Transuexere larem iuxta gens aspera degit
In lochi periq; hinc qui regna pelasgum
Linquentes quondam tenuerunt proxima ponti
Impiger hos propter colchum colit iste feraci
Exul ab ægypto celsæ ferit aspera rupis
Caucasus hyrcanæ nimium conterminus undæ
Huius ualle profasis gemit istius antro
Agmina prouoluit circæaq; lapsus in arua
Incidit euxinum borealis cardine cœli
Rursus in eoæ lucis confinia tellus
Inclinata iacet gemino uicina profundo
Caspinam late terram super abluit unda
Euxiniq; subest tergum salis asper hiberus
Hic agit hic olim tyrrhenide pulsus ab ora
Cespitis eoi tenuit sola ceu uaga sæpe
Fors rapit exactos prima tenet æquora campi
Gens habaritarum qui post certamina bacchum
Indica bassaridum cum duceret agmina uictor
Accepere casis mensasq; dedere lyæo
Orgia ludentes & nebride pectora cincti
Deduxere choros nysæi ludicra ritus
Hos super influctus adsurgit caspia tethys
Hæc dicenda mihi nec diri gurgitis unquam
Lustrauit pinu freta barbara nec uagus orbem
Vndiq; reptaui sic uasti flumina gantis
Caucaseas arces & dumicula sarienos

Incentore canam phoebo musisq; magistris
Omnia ueridico decurrens carmine pandam
Caspia per teretes tethys distenditur oras
Et sinuant curuis hanc totam littora terris
Tantum sed fuso pontus iacet iste profundo
Vt ter luna prius reparet facis incrementa
Quam quis cæruleum celeri rate transeat æquor
Gurgitis oceanus pater est namq; iste niualis
Axe helices infert rapidi freta concita ponti
Et sinus inde tibi pelagus trahit uada propter
Caspia uersatur stytha belliger hicq; feroces
Degunt albani trux illic arua adusus
Dura tenet mardi celeres hyrcanis apyriq;
Cæspite uicino mardus fuit & procul ipsos
Accedit bactros attingens deniq; atroces
Agmine dorcobios medios disterminat ambas
Hyrcaniq; salis tumido conuoluitur æstu
Sed baci rena soli uasto procul arua recedunt
Parnassiq; iugi tegitur gens rupibus illa
Dercobios aliud cohibet latus & uada tangit
Caspia tum clari pharetris agiliq; sagitta
Massagettæ glauci succedunt flumen araxis
Durum ab stirpe genus placidæ mens nescia uitæ
Ignorant flabæ cereris commertia bacchi
Semper inexpertes animam traxere ferinam
His cibus & potus simul est nam sanguinem equinum
Et lac concretum per barbara guttura sorbent
Nec procul ad boream diri posuere chorasim
Hospita & iuxta protendit sugdias agros
Sugdias ingenti quam flumine difficit oxus
Hic procul hemodii late ruit aggere montis
Et per prolixos euectus protinus agros
Caspia propellit fluctu freta qua petit huius
Fluminis osdibiripas habitant arxante
Tendere non horum quis qua certauerit arcus
Ambitus hos etenim multus trahit et graue curuis
Pondus inest taxis longo sunt spicula ferro
Et rigor in neruis uelut obuius inde cruenti

Sunt trocari furiq; truces inhospita seres
Arua habitant gregibus permixti ouiumq; boumq;
Vellera per siluas seres memoralia carpunt
Vltima petrimos tellus habet & procul ista
Cassa uirum est nullis pecorum ballatibus agri
Persultant herbæ uiduus iacet undiq; cæspes
Fronde carent nunquâ terras intersecat amnis
Caspia tot late circumdant æquora gentes
Nunc rursum ab colchis & glaucis fasidis undis
Occiduum ad solem populos memorate camenæ
Vsq; in threicii fauces maris aspera primum
Byzerum est gens diri sunt inde dechiri
Mœrones phylyriq; & pernix durat eum gens
Inde tibarcheni chalybes super arua ubi ferri
Ditia uulnifici crepitant incudibus altis
Post hos assyrie tenduntur iugera terræ
Armenioq; iugo late surgens thermodon
Gentis amazonidum lambit sata nec minus illic
Erigit excelsa in fastigia prisca sinope
Hanc urbem quondam magni iouis ardor asopis
Virgo locans sæuæ propter confinia terræ
Auiam habuit plebemq; suo de nomine dixit
Nec procul hinc purus latice prouoluitur iris
Et citus armicæ rursum conuallibus arcis
Qua uastum in pelagus uerget saxosa carambis
Surgit halystum paphlagonum sata longa patescunt
Et mariandinum gens incolit unde triformis
Ora canis superas quondam produxit in oras
Alcides herebo propter bithynia glæbam
Exerit hic latebras extenditur amnis
Rhebas chœanei qui difficit æquora ponti
Rhebas argento similem qui porrigit undam
Hi pontum cingunt populi nunc illa canetur
Ora asiæ glaucus pelagi quá subluit æstus
Axenoti in fauces rapidi procul hellesponti
Et freta qua spumant egyptia partibus austri
Vsq; arabs & longa syræ confinia terræ
Dictus etenim quantus rigidas scytha degat ad arctus

Calchedon tumulus fluctu circũdatus alto
Eminus europem proceraq; mœnia brisæ
Aspicit ab tergo tendit bebrycia glæbam
Celsaq; nubifere sustollit culmina rupis
Mysus ager mysos tacitum diffusus in æquor
Tergaq; flauens gens sulcat chius huius ad undam
Pulcher hylas nymphis quondam fuit anxia cura
Hinc in cæruleum cedit sinus hellespontum
Explicat & phrygia tellus incuruat in orbem
Maior sangario late præstringitur anni
Hæc procul eoos procedit plurima in axes
Fertilis herbarum qua cœlum rursus in umbras
Inclinat uertex panduntur terga minori
Quæ iacet immense late sub rupibus idæ
Infortunatam pertingens cæspite troiam
Acolis inde patet uastum super hellespontum
Aegæi per terga sali prolixus ionum
Rursus ager glæbam protenditur hunc secat ingens
Mæander salsiq; ruens uada gurgitis intrat
Comminus hic gelidi qua spirant flabra aquilonis
Vrbs ephesus qua tætre sustollit phana dianæ
Munus amazonidum memorabile nec minus inde
Lydia procedens longum latus explcat euro
In qua uitifere emolus iuga proferit arcis
Et pactolus aqua sagita auriger arua canoris
Persultans cygnis curuas sedet undiq; ripas
Creber alos lætis adsurgunt gramina campis
Herba quæ luxuria sola semper pinguia uestit
Sed locuplete magis mæandria glæba recumbit
Vbere nam blandi terram rigat unda caystri
Mæonis hic etiam deducit turba choreas
Aurea subnectunt hæ uincula ritus iaccho
Luditur atq; sacris feriunt ululatibus æthram
Virgineusq; chorus late strepit exilit omnis
Cœtus et instabilis uaga pendent corpora damme
Chaurorum quoq; flabra deo famulantia ludunt
Ritibus in uulgi subeunt hæc serica sæpe
Pallia & impulsi zephyris agitantur amictus

Hæc liquanda tamen læto reor omnia lydo
Qua ſe xanchus agit lyciorum tenditnr ora
Inclinata maris ſurgunt ibi culmine tauri
Pamphyliæ in fines hic idem tragus habetur
Nomine ſub gentis prope celſam ſurgit in arcem
Pirſcas idæ fomes calidis adoletur in aris
Sæpe dionieæ ueneri ſtat corycus alta
Stat perge propter intrat ardua tacta phaſelis
Eminus et phœbi radiis tremit æmulus ardor
Inde lycaoniæ tractus iacet impiger agros
Incola decurrit ſititarum dira cruorem
Gens hominum & ſæuo paſcuntur pectora bello
Tum piſida ferox exercet pinguia culta
Telmiſſumq; dehinc urbs eminet arcem
Inclyta per nubes attollens mœnia lyrbe
Et lacædemoniæ ſurgunt faſtigia ſelges
Plurimus hinc terras intrat ſinus undiq; longe
Vicina euxino rupti ſola cæſpitis urget
Hic diros cœli caſtra mes tenet inq; diei
Tenditur exortum ſulcant duo flumina terram
Pyramus hic undas hic uoluit pyramus æquor
Cydnus item mediæ diſcernit mœnia tharſi
Pegaſus hoc olim ſuſpendit cæſpite ſeſe.
Impreſſæq; ſolo liquit ueſtigia calchis
Eſſet ut inſignis reuoluta in ſæcula ſemper
Nomen humo clari poſt ultima bello rophontis
Hic cæſpes late producit aletius arua
Horreſcitq; comis nemorum per inhoſpita cuius
Aequora ſecreto uitam protraxerat agro
Lirneſſusq; dehinc hic malus & anchilla
Inluſtriq; ſolo poſt carmina uatis alũni
Cõmagenorum propter diffunditur ora
Et procul heſperium curuatur limes in axem
Donec piniferas caſu prorepat ad arces
Hinc ſolers aſiam facili cape carmine totam
Forma ſit huius enim talis tibi quattuor illa
In latera effuſa cordi dato longior autem
Sit modus his rutili quæ ſpectant ſideris ortum

Turribus in cœlum intentibus incola claris
Cor ſtudiis acuit amplius imbuit ordo
Deniq; flamicomo deuoti pectora ſoli
Vitam agitant libanus frondoſa cacumina turget
Et tamen his celſi certant faſtigia templi
Hic ſe indit iuxta tellurem glaucus orontes
Nec procul antiochi uagus interlabitur urbem
Præſtringitur undis apamenæ iugera glæbæ
Fertilis hec cæſpes protenditur aruaq; amica
Sunt pecori infeſtus facilis pomona reſurgit
Et fœcũda ceres campo flaueſcit aperto
Si rurſus tepedum uia defle&atur in auſtrum
Curua ſinus arabi ſuccedent æquora propter
Nanq; arabas ſyriæ que ſolum ſinus iſte fluente
Diuidit & tentis procul interfunditur undis
Et tamen eoos paulum inclinatur in axes
Vſq; in belligeri confina flexus hanali
Hinc tellus arabum producit cæſpite campos
Et latera ab gemino ſale tingitur abluit æſtus
Perſicus hanc arabũq; ſinus rigat æquore terras
Hic ſua flabra polo ſpirant nam perſicus euro
Turgeſcit uento zephyro ſinus æſtuat alter
Pars alia in primos qua ſemet porrigit ortus
Et notus inſurgit cum nubifer æquore rubri
Tangitur oceani fœlici terra recumbit
Tota ſolo tellus hic ſemp flagrat odoro
Cæſpite prorũpit lachrymoſo ſtipite mirrha
Myrrha furor quondam memyreius hic ladani uim
Vellera defundant calami coma pullulat almi
Gignit humus caſiam concreſcunt thura per agros
Longaq; fæcundis pingueſcit odoribus ora
Vera fides illic femori ſub imagine partus
Dirrupiſſe iouem penetralia proderet ortus
Vt ſacer ætheria fulgentem frontem lyæum
Naſcenti bacho riſit pater undiq; fulſit
Cælicolum ſedes conuexa que pura tetendit
Feſta dies tellus effudit diues odores
Villoſum ſubitis tumuit pecus incrementis.

Tumq; tene primo quod carmine muſa loquuta
Totam aſiam celſi præcingi uertice tauri
Extima in indorum montis tamen accipe mollem
Per latus id ducit quo datynus ora pruinas
Solis ab ocaſu uaſtum decurrere nilum
Inditium ab eois mare feruere rurſus ab auſtro
Fluctibus in modicis rubri ſalis æquora uolui
Ora ſyrum curui procumbens littoris acta
In notum & eoi confinia tenditur euri
Hæc coele eſt graio ſub nomine nanq; duobus
Vt concluſa iugis uellis uice multa cauatur
Ab zephyro caſius mons inminet axe diei
Conſurgentis item libanus premit arduus arua
Pars procul a pelago terras colit inq; receſſu
Gens agitat ſalſo quicquid pulſatur ab æſtu
Phœnicum regio eſt hi rubro a gurgite quondam
Mutauere domus primiq; per æquora uecti
Luſtrauere ſalum primi docuere carinis
Ferre cauis orbis comertia ſydera primi
Seruauere poli populis phœnicibus ergo
Vrbs iope ſterilis que dehinc habitatur elais
Gazaq; proceris adſurgens undiq; muris
Hic tyrus eſt opulens & berytus optima byblos
Sidoneiq; lares ubi labens agmine amœno
Cæſpitis inrigui boſtrenus iugera findit
Nec minus hic tripolis pingui ſola porrigit agro
Ortaſis que dehinc attollitur hic marathus ſtat
Littoris extremo caput alis turribus effert
Laodice & glauci prælambitur æquoris unda
Hic nemoroſa uirent daphnæ loca celſa cupreſſus
Erigitur ramus innectit laurus odora
Crine dioneo myrtus diffunditur altæ
Conſurgunt pinum & cœlum ſibila pulſant
Robora mollicomis tellus inſternitur herbis
Vrbs mediis apamena dehinc conſiſtit in aruis
Et qua phœbum procul in cunabula lucem
Prima fouente meſus faſtigia celſa renidet
Nam diffuſa ſolo latus explicat ac ſubit auras

Ver hũere suum noua framina flore frequenti
Pinxit terra sinus ac nymphis unda cucurrit
Largior in ternis etiam procul undiq; ab oris
Ales amica deo largum congessit amomum
Extemplo liber subnectit nebride pectus
Effusis comas edere ligat inde uirentis
Attollit thyrsos & blandi luminis igne
Hos hilarat totaq; celer diffunditur æthra
Sed propter lybanum terram sulcant nabactæi
Caulasii quæ dehinc agreni rursus & inde
Lybdanus est tellus camæ uicina fluento
Persidis accedunt rutili contermina ponti
Minæi sabatæq; tenent superi impiger ampla
Aequora desulcat glæuæ ditescit ciet auenus
Plurima præterea gens circumplectitur illic
Oram arabum muta sedegunt agmina fama
Et numerus cunctis inglorius inde fauoni
Qua plaga fæcundos alit almos fluctibus agros
Barbara montiuagos tellus extendit erembas
Hi uitam duris agitant in cautibus omnes
Intectiq; artus erepunt ardua semper
Culmina saxosum non ollis pabula in usum
Terra parit glæbas abrodunt more ferorum
Ieiunas herbæ nec amicas frugibus ullis.
Hinc ultra lybani rursum fastigia celsi
Lux hyperionio quæ se sustollit ab ortu
Alterius syriæ limes iacet usq; sinopen
Gurgitis attiguam mediis hic impigra in aruis
Cappadocum gens est propter freta turgida rursus
Assyrii iuxta sunt hostia termodoontis
Et festina citis euoluitur unda fluentis
Nec procul attollit qua se facis ardor eoæ
Plutimus eufratæ manat liquor iste feroci
Fusus ab armenia uastum caput exerit antro
Inq; notum primæ protenditur agmine molis
Et matutinos iterum conuersus in axes
Diuidit inserto mediam babylona fluento
Inde teredoniæ iuga preter maxima rupis.

Perſidis in pontum ſparſo cadit effluus amnis
Nunc ſuper in ſeptem quantum uia carpitur ortus
Cæſpitis extenti ſpatiis citus æquora tigris
Prona rotans & ſaxa iugis auulſa ſupremis
Et totas late celeri trahit agmine ſiluas
Quin & uaſta palus medio diſtenditur agro
Maximus hanc fluctu tigris intrat aperti
Terga lacus ſtupet unda ſilens tacitæq; recumbunt
Aequora thoſippes ſolidarum deniq; more
Riparum ſtagni facies inſcia quieſcit
Inuectumq; ſibi cohibens altrinſecus amnes
Stat diſcluſa palus ſic elidis incola pontum
Difficit alphæus pelago ſic inſerit undas
Illæſum optate flumen ducens aræthuſæ
Ergo ꝑ & ſtagno uehitur celer amnis aperto
Hoc elapſus item uim proni gurgitis urget
Non alium tantus rapit impetus haud ita quiſquam
Spumeſcit fluctus neq; tentos ulla fragores
Vnda ciet medio quæ tellus funditur agro
Hos inter amnis nomen tenet aut ſuus illam
Flumine precinctam gemino ꝑ aperta locauit
Non qui lanatum longo pecus educat agro
Aut qui cornigeri ductor gregis arua pererrant
Gramina qui paſtor ſimis petit apta capellis
Quiq; cauo ſollers committit ſemina ſulco
Quē pomona iuuat quem ramis æſculus altis
Inlicit & pingui dependens ſubere glando
Bacchia nyſæi qui palmitis ordine iuſto
Digerit aut tectis ſiquis dolat impiger ornos
Vel ſalis influctus qui cymbam nauite texit
Spreuerit hos ſaltus nihil indiga ſubtrahit ora
Diues humo tellus diues iacet arbore cæſpes
Iſtius in boream quicquid protenditur agri
Armenii & uita duri ſulcant matigeni
Qua ſunt flabra noti babylon ſubducitur arce
Procera in nubes hanc priſca ſamiramis urbem
Vallauit muris quos non abſumere flammæ
Non aries penetrare queat ſtat maxima belli

Aula quoqꝫ argento domus in dodente nitescit
Aurum tecta operit sola late contegit aurum
Ipsa dehinc tellus quæ circūplectitur urbem
Et procerarum fluctu uernat palmarum
Et splendente procul beryllo ferta renidet
Hic tamen interni sophietidis arcis in aruis
Inter gemmiferas excrescit creber harenas
Hinc babylona super gemine profinibus ursæ
Cossimarra gatæqꝫ & machionta uagantur
At rursum armeniæ si quis pede pergat ab arce
Rupis & eoas gressum producat in oras
Medica prolixos spectabis regna per agros
horum qui gelidi succedunt plaustra bootis
Pinguia rura tenent sunt illic agropiceni
Sunt gerri & mardæ tepidum qui rursus ad austrum
Oram habitant scyticæ deducunt semina gentis
Nam medea ferox fuit ollis sanguinis autor
Hæc cum pādionis lectum componeret aulæ
Attica qua pulchro tellus pinguescit iliso
Proditur inqꝫ fugam propere conuertitur exul
Has post in terras pinis subiuit etine
Inseditqꝫ locos ueteres accedere colchos
Nulla inerat menti fiducia deniqꝫ ab illa
Medorum suboli magicæ furor artis inhæret
Pars gentis rutilos phœbei quæ spectat in ortus
Saxa habitat saxis excuditnarcissiten
Qui propter dumos nemorosaqꝫ rura uagātur
In pecus intenti crebro grege pascua tendent
Medica se tantos effundi glæba per agros
Caspia ut extento contingat cespite claustra
Hæc asiæ dixere fores hiet ore quod illo
Porta quasi & longas uium discedat in oras
Quippe niuosa poli qua cardine uertitur arctos
Panditur hyrcanis hinc ianua ianua persis
Hinc patet imbriferum qua uergit mundus in austrum
Ecce sub immenso portarum uertice parthi
Rura tenent curui ne quicquam uomeris usus
Sollicitanda sibi non ollis cura laborqꝫ

Aequora terrarum grauibus componere rastris
Exercent sæui se semper martis in arma
Sicca comes lateri est manus aut hastilia uibrat
Dimittunt pharetras humeris & lætifer arcus
Semper inest lebæ neq; per compendia diras
Producant animas non puppibus æquora sulcant
Non proin gregibus pecoris fera uita iuuatur
Sed quatit alipedum sola semper cursus equorum
Pulsaq; terra gemit discurrunt crebra per auras
Spicula missilibus late subtexitur aer
Quin in pactos amor est si discere persas
Consimilis solersq; trahit te cura per orbem
Has quoq; inuisa tibi formabit cardine terras
Quæ liquidis amnis uia debeat utq; iugorum
Consurgat uertex quibus oris arua recumbant
Barbara famosum qui persam robur & usus
Quippe asianarum primi degunt regionum
Vita opulens genti gazas quoq; terra ministrat
Omnibus & largum populis producitur æuum
Diues in his mos est iam longi tempora sæcli
Exquo mœonii bello triuere cruento
Illudunt auro uestes & cuncta teguntur
Auro membra uiris auro uestigia condunt
Tantus persarum dissoluit pectora luxus
Ipsa autem tellus inclusa est montibus altis
Vndiq; in australem latus inclinatior axem
Ac boream longe longe quoq; caspia claustra
Deserit atq; noti placida perfunditur aura
Istius at spatiis finem dat persicus æstus
Incoliturq; solum populis tribus una sub arcto
Pars agit armigeris nimium contermina medis
Altera per mediæ telluris terga uagatur
Porrho ad flabra noti pelagus prope tertia degit
Plurima præterea percurrunt flumina terram
Persidis & rigidas curuant labentia ripas
Arua secat cyrus perrumpit rura coaspes
Indica prouoluens procul æquora cuius ad undam
Incola flauentem studio sectator achatem

Nam cum brumalis ceciderunt ſydere nimbi
Imbribus & cœlo fuſis furit auctior amnis
Hos lapides late flumen trahit undiq; tellus
Circũuecta dehinc læti uiret hubere campi
Sed qua cæruleam ſinus infert perſicus undam
Gens carmanorum late colit hanc facis ortus
Vrit phœbeæ tanto quoq; funditur agro
Vt ſimul & glauci contingat gurgitis æſtum
Et procul in ternæ perreptet iugera terræ
Hos ſupereſt tellus tendit gedroſia glæbam
Oceani uicina fretis & flumen ad indum
Auroreq; latus ſcyta amitti proximus auſtro
Adcolit auſtralis certe ſcyta dicitur iſte
Nanq; alii dura pulſantur deſuper arcto
Indus caucaſiæ prerumpens rupis ab antro
Aduerſum pelago rubri procul æquoris amnem
Porrigit inq; notum recto fluit agmine aquarum
Ora dehinc indo duo ſunt mediumq; per agrum
Inſula ſe uaſto fundit tergo patelene
Innumeras idem diſpexit flumine gentes
Oritas arabaſq; & ueloces arachoias
Et ſagam infidum uel qui per inhoſpita late
Diſcreti populi diſcreti finibus agri
Arua agitant uno ſed nomine ſunt arieni
Hi quanq̃ ſteriles decurrant ſemper harenas
Munera nec carpant cerealia nec noua prælo
Muſta præmant fuluo tamen inuenere corallo
Pandere uiuendi cõmertia quærere pulchre
Sappiri latebras & ꝑduros adamantas
Calliope indorum populos & regna canamus
Vltima terrarum tellus aſpergitur indi
Fluctibus oceani primam coquit hanc radiis ſol
Sol hyperonyos ſol magni gratia mundi
Aſtrorum genitor lucis ſator & uigor æthræ
Sed genti indorum tæter color efflua ſemper
His coma liuentes imitantur crine hyacinthos
Pars ſubit abrupta ſola cæſpitis aurea ut illis
Terrarum in latebris excludant caute metalla

Pars telas ſtatuunt & ueſtimenta laborant
Lintea pars indi procurat ſegmina dentis
Atqꝫ ebur inuigilat multi qua flumina nymbis
Auget hiems uaſtum ut late trahat agmen aquarum
Albeus & celſa ſe uincant æquora ripas
Pallantes obeunt beryllum prona fluenta
Nec procul in ternis a finibus aut adamanta
Detulerint his glauca dehinc tornatur lapis
Nec minus & bacas alii prope marmora curuis
Excudunt chonchis pars rurſum diuite cura
Herboſi lapidis uenas fodit hicqꝫ rubore
Suffuſas blando quærunt campis ametyſtus
Horum diues enim tellus eſt indica ſemper.
Et tali ſcrupu ceſpes tumet amnibus autem
Fertilit in riguis crebro prælambitur ora
Extendunt celſi uaga late brachia luci
Et uernant mentorũ ſemper coma nunc tibi formam
Terrarum expediam nunc carmine flumina fabor
Nunc rigidos montes nunc multe deniqꝫ gentis
Abſoluam populos latera agris undiqꝫ in indis
Quattuor eſſe tene coeant tot & anguli ab omni
Parte ſibi obliquo claudentes extima terræ
Ceu ſpecies rhombo eſt zephyri de partibus indus
Gurgitis occurſu fit ceſſæt terminus ore
Exenoti rubri late ſalis obiacet unda
Flumen item ganges fit limes ceſpiti eoo
Ad quæ lycaonia conſurgit caucaſus arcto
Aequore qua fuſo laticem prouoluitur indus
Dardanidum gens eſt ubi magnus ſorbet hydaſpes
Delapſum ſumma ſaxorum molea ceſmen
Tertius amnis item ſecat agri proxima cæſpes
In medio que ſe bæ ſunt cæſpite gens quoqꝫ ſodri
Propter agit populiqꝫ dehinc uelut ordine facto
Hylleum longas exercent uomere terras
Gargaridæ rurſum gens hæc obnoxia baccho
Et glæbam ſulcant & ritibus orgia ludunt
Hic lypanis lateqꝫ trahens uaga terga cymander
Magnus utrunqꝫ modi dimittitur hermodoontis

Rupe procul fuluum prouoluũt fluctibus aurum
Nec minus hic campos intrant drancitidis oræ
Quæ per flabranti fuso distenditur agro
Vsq; in celsa iacens confinia collidis arcis
Colis ipsa dehinc cetosi uergit in æquor
Oceani tantoq; iugo subit ætheris auras
Arceat alituum subducta ut rupe uolatum
Sed circum ganges regio est deuota lyeo
Perpetuiq; sacri talis narratorigo
Indorum in populos fatalia liber agebat
Prælia uipereo late bellona flagello
Increpat & magno tremuerunt regna pauore
Insistente deo uenit ergo ad flumina gangis
Discursuq; sacræ preludit prælia liber
Mœnades extemplo maculosæ nebridis usum
Permotant clypeis uiridiq; hastilia thyrso
Succedunt soluunt properantes lintæa bacche
Vincula uiroso pectus iunxere dracone
Pro molli uitia prorepunt chrine chelydri
Excitoq; ferus persultat in agmine mauors
Dux aquilas in bella rapit tremit indica tellus
Pressa pede & toto tenuerunt classica cælo
Ergo & nyseos dixit gens rite recessus
Et stata sollicito deducunt origia ritu
Ipse dehinc diros & liber perculit indos
Hemonii uictor conscendit uerticis arces
Effusamq; salo gentem procul aspicit omnem
Iam a iuga extantis uestigia gurgite canent
Oceani eoi prætento deniq; bacchus
Littore & extrema terrarum uictor in ora
Ducit laurigeros post indica bella triumphos
Erigit & geminos telluris fine columnas
Inuisiq; dehinc ismeni fluminis undam
Has tamen gentes cõmendat fama per orbem
Vile aliæ uulgus pecorum uice terga pererrant
Cæspitis abiecti non his ad gloria forti
Parta manus est aut clara decus pepere metalla
Terrarum uenis habitant ignota locorum

Semper in expertes famæ per inhoſpita degunt
Arua procul nullis ſunt digne deniq; muſis
At tu phœbe pater nos clari turba camœnæ
Nominis aonio famam inſpirate labori

RVFI FESTI DESCRIPTIO ORBIS TERRAE EXPLICIT. INCIPIT ORAE MARITIMAE LIBER PRIMVS FELIX.

Væſiſſe temet ſæpe cogitans probe
Animo atq; ſenſu taurici ponti ſinus
q Capi ut ualeret his probabili fide
Quos diſtenerent ſpatia terrarum extima
Subi libenter id laboris ut tibi
Deſideratum carmine hoc clareſceret
Fas non putaui quippe prolixa die
Non ſubiacere ſenſui formam tuo
Regionis eius quam uetuſtis paginis
Et qua per omnem ſpũs noſtri diem
Secretiore lectione acceperam
Alii inuidere nanq; quod diſpendio
Tibi haud ſit ullo oreſtis & durreor
His addo & illud liberum temet locum
Mihi eſſet amor ſanguiniſq; uinculo
Neq; ſat ſit iſtud mi cete litteras
Hiantibus que faucibus ueſtarum abdita
Hauſiſſe ſemper eſſe patuli pectoris
Senſu capacem talium iugem ſitim
Tuo eſſe cordi & eſſe te præ cæteris
Memorem intimati cur inefficaciter
Secreta rerum in,non tenacem effũderem
In non ſequacẽ quis profunda ògganniat
Multa ergo multa compulere me probe
Efflagitatam rem tibi ut per ſoluerem
Quin & parent' credidi officium fore
Deſidaratum ſi tibi locuplecius
Profuſiuſq; muſa promeret mea
Dare expetitum quippe non pareuiri eſt
Augere porrho muneris ſumma noui
Mentis benigne ſatq; liberalis eſt.

Interrogasti si tenes mæotici
Situs qui esset æquoris Sallustium
Noram id dedisse dicta & eius omnibus
Præiudicatæ autoritatis ducier
Non abnuebam ad eius igitur inclytam
Descriptionem qua locorum formulam
Imaginemq; expressor efficax stili
Et ueritatis pene in optutus dedit
Leporem linguæ multa rerum uiximus
Ex plurimorum sūpta comentariis
Hæc ad eus istic quippe erit mille suis
Hellanicus que lesbius phileus quoq;
Athenjensis cariæ ditus scylax
Pausimachus ille prisca qué genuit samos
Quin & damastus nobili natus signe
Rhodoq; bacoris ortus euctemon quoq;
Populari urbis atticæ siculus cleon
Herodotus ipse thyriustum qui decus
Magnum loquendi est atticus thucydides
Hic porrho hēbis pars mei cordis probe
Quicquid per æquor insularum attollitur
Per æquor illud scilicet quod post caua
Hiātis orbis a freto tartesio
Atlanticisq; fluctibus procul sictam
Inusq; glæbam proruit nrm mare
Sinus curuos atq; prominentia
Vt se supino porrigat littus situ
Vt longe in undas inserant sese iuga
Celsæq; ut urbes alluantur æquore
Quis ortus amnis maxiuo effuderit
Vt prona ponti gurgitem intrent flumina
Vt ipsæ rursum sæpe cingant insulas
Sinuentq; late ut tute portus brachia
Vt explicentur stagna ceu iaceant lacus
Scruposum ut alti uerticem montes leuent
Stringatq; nemora ut unda cani gurgitis
Laboris autem terminus nostri hic erit
Scythicum ut profundum & æquor euxini sali

Et si quæ in illo marmore insulæ tument
Edifferantur reliqua porro scripta sunt
Nobis in illo plenius uolumine
Quod de orbis oris partibusq; fecimus
Vt aperta uero tibimet intimatio
Sudoris huius & laboris sit mei
Narratione opusculi paulo altius
Exordiemur tu ex intimum iecur
Prolata conde nanq; fulcit hæc fides
Petita longe & eruta ex autoribus
Terræ patentis orbis effusæ iacent
Orbiq; rursus unda circūfunditur
Sed qua profundum semet insinuat salum
Oceano abusq; ut gurges hic nostri maris
Longe explicetur est atlanticus sinus
Hic gadir urbs est dicta tartessus prius
Hic sunt columnæ pertinacis herculis
Abila atq; calpæ leua dicti cæspitis
Libye propinque stalia duro perstrepunt
Septentione sed loco certæ tenent
Et prominentis hic iugi surgit caput
Oestrymnin istud dixit æuum antiquius
Molesq; celsa saxei fastigii
Tota in tepentem maxime uergit notum
Sub huius autem prominenris uertice
Sinus dehiscit incolis oestrymninus
In quo insulæ sese exerunt oestrymnides
Laxe iacentes & metallo diuites
Stanni atq; plumbi multa uis hic gentis est
Superbus animus efficax solertia
Negociandi cura iugis omnibus
Nolusq; cum bis turbidum late fretum
Er beluosi gurgitem oceani secant
Non hi carinas quippe pinu texere
Facere morem non abiete ut usus est
Curuant fasello sed rei admiraculum
Nauigia iunctis semper aptant pellibus
Corioq; uastum sæpe percurrunt salum

Aſt hinc duobus in ſacram ſic inſulam
Dixere priſci ſolibus curſus rati eſt
Hæc inter undas multam cæſpitem iacet
Eamq; late gens hiernorum colit
Propinqua rurſus inſula albionum patet
Tarteſuſq; inter minos oeſtrumnidum
Negociandi mos erat carthaginis
Et iam colonis & uulgus inter herculis
Agitans colūnas hæc adhibant æquora
Quæ himilcopænus menſibus uix quattuor
Vt ipſe ſemet rem probaſſe retulit
Enauigantem poſſe tranſmitti adſerit
Sic nulla late flabra propellunt ratem
Sic regnis humor æquoris pigri ſtupet
Adiicient illud plurimum inter gurgites
Extare fucum & ſæpe uirgulti uice
Retinere pupim dicit hic nihilominus
Non in profundum terga dimitti maris
Paruoq; quarum uix ſupertexi ſolum
Obire ſemper huc & hunc pontiferas
Nauigia lenta & languide repentia
Inter natare beluas ſi quis dehinc
Ab inſulis oeſtrymnicis lembum audeat
Vrgere in undas axe qua lycaonis
Rigeſcit æthra cæſpitem ligurgum ſubit
Caſſum incolarum nanq; celtarum manu
Crebriſq; dudum præliis uacuata ſunt
Ligureſq; pulſi ut ſæpe fors aliquos agit
Venere in iſta quæ perhorrentis tenent
Plerunq; dumos creber his ſcrupus locis
Rigidæq; rupes atq; montium minæ
Cœlo inſeruntur & fugax gens hæc quidem
Diu inter arra cautium duxit diem
Secreta ab undis nam ſali metuens erat
Priſcum ob periculum poſt quies & otium
Securitate roborante audaciam
Perſuaſit altis deuehi cubilibus
Atq; in marinos iam locos deſcendere

Post illa rursum quæ super facti sumus
Magnus patescit æquoris fussinus
Ophiusa madus que rursum ab huius littore
Internum ad æquor qua mare insinuare se
Dixi ante terris quodq; sardum nuncupant
Septem dierum tenditur reditu uiæ
Ophiussa porro tanta panditur latus
Quantam iacere pelopis audis insulam
Graiorum in agro hæc dicta primo oestrymnis
Locus & arua oestrymnicis habitantibus
Post multa serpens effugauit incolas
Vacuáq; glæbam nominis fecit sui
Procedit inde in gurgitis ueneris iugum
Circũlatratq; pontus insucas duas
Tenue ob locorum inhospita saryium
Rursum tumescit promineas in asperum
Septentrionum cursus aut hinc classibus
Vsq; in colũnas efficacis herculis
Quinq; est dierum post pelagia est insula
Herbarum abundans ad saturno sacra,
Sed uis in illa tanta naturalis est
Vt siquis hanc in nauigando accesserit
Mox excitetur propter insulam mare
Quatiatur ipsa & omne subsiliat solum
Alte intremescens cætero adsteni uicem
Pelago silente prominens surgit dehinc
Ophiussæ moras abq; arui iugo
In hæc locorum bidui cursus patet
At qui dehiscit inde prolixe sinus
Non totus uni facile uauigabilis
Vento recedit nunquam medium aceris
Zephyro uehente reliqua deposcunt notum
Et rusus inde si petat quisquam pede
Tartessiorum litus exuperet uiam
Vix luce quarta siquis ad nostrum mare
Malaceq; portum semitam tetenderit
In quinq; soles est iter tum cepresicum
Iugum intumescit subiacet porro insula

Achale uocata ab incolis agresti fidés
Narrationis præ rei miraculo
Sed quam frequens auctoritas sal fulciat
Aiunt in huius insule confiniis
Nunquam esse formam gurgiti reliquo parem
Splendore ubiq; quippe inesse fluctibus
Vitri ad nitorem & per profundam marmoris
Coeaneam in undis esse certum imaginem est
Confodiat illic æquor ímunda luto
Memorant uetusti semper atq; sordibus
Vt feculentos gurgites herescere
Cépsi atq; sæfes arduos collis habent
Ophiusse in agro propter hos pernix lucis
Draganũq; proles sub niuosa maxime
Septentrione conlocauerant larem
Poetanion autem est insula ad se fumum latet
Patulusq; portus inde cépsis adiacent
Populi cynetum tyneticum iugum
Qua syderalis lucis inclinatio est
Alte cum escens ditis europe extimum
Imbeluosi uergit oceani si salum
Ana animis illic per cynetas effluit
Sulcatq; glæbam panditur rursus sinus
Cauusq; cæspes in meridiem patet
Memorato aliam in gemina sese flumina
Scindunt repente per que prædicti sinus
Crassum liquorem quippe pinguesci luto
Omne hic profundum lenta trudunt agmina
Hic insularum semet alte subrigit
Vertex duarum nominis minor indiga est
Aliam uocauit mox tenax agonida
Inhorret inde rupibus cautes sacra
Saturni & ipsa feruet inlisum mare
Littusq; latus saxeum distenditur
Hirtæ hic capellæ & multus incolis caper
Dumosa semper intererrant cæspitum
Castrorum in usu sumet nauticis uelamina
Productio restet graues setas alunt

Hinc dictum adáne solis unius uia est
Genti & cynetum hic terminus tartesus
Ager his adheret adluitq; cæspitem
Tartesus amnis inde tenditur iugum
Zephyro sacratum deniq; arcis sumitas
Zephyris uocata celsa sed ad fastigia
Iugo eriguntur uertici multus timor
Conscendit auras & super syderis q̃si
Caligo semper nubilum condit caput
Regio omnis inde maxime herboso solo est
Nebulosa iuge his incolis conuexa sunt
Coactus aer atq; crassior dies
Noctisq; more ros frequens nulla ut solea
Flabra inferuntur nullus æthram discutit
Superne uenti spiritus pigra incumbat
Caligo terras & solum late madet
Zephyridos arcem siquis excedat rate
Et inferatur gurgiti nr̃i maris
Flabris uehetur protinus fauoni
Iugum inde rursus & sacrum infernæ deæ
Diuesq; fanum penetral abstrusi caui
Aditumq; cæcum multa propter est palus
Etrephaea dicta quin & herbi ciuitas
Stetisse fertur his locis prisca die.
Quæ preliorum absumpta pestatibus
Famam atq; nomen sola liquit cæspiti
Anhyberus inde manat amnis & locos
Fecundat unda plurimi & ipso ferunt
Dictos hybetos non ab illo flumine
Quod inquieto suo uascomas prælabitur
Nam quicquid amnem gentis huius adiacet
Occiduum ad axem hiberiam cognominant
Pars porro eoa continet tartesios
Et cilbicenos cartare post insula est
Eamq; pridem influxe satis est fides
Tenuere cempsi proximorum postea
Pulsi duello uaria qua est tum loca
Se protulere cassius inde mons tumet

Et graia ab ipso lingua cassiterum prius
Stannum uocauit inde fani est prominens
Et quæ uetustum græcie nomen tenet;
Gerontis ars est eminus nanq; ex ea
Geryona quondam nuncupatum acepimus
Hic ora late sunt sinus tartesii
Dictoq; ab uni in hæc locorum puppibus
Via estdiei gadir hic est oppidum
Nam punicorum lingua conseptum locum
Gadir uocabat ipsa tartessus prius
Cognomina est multa & opulens ciuitas
Aeuo uetusto nunc egena nunc breuis
Nunc destituta nunc ruinarum ager est
Nos hoc locorum præter herculanea
Solemnitatem uidimus miri nihil
Atuis in illis tanta uel tamen decus
Aetate prisca sub fide rerum fuit
Rex ut superbus omniumq; præpotens
Quos gens habebat forte tum maurusia
Octauiano principi acceptissimus
Et literarum semper in studio iuba
Interfluoq; separatus æquore
Inlustriorē semet urbis istius
Duum iuratu crederet sed insulam
Tartessus amnis ex ligustino lacu
Per aperta fusus undiq; ab lapsu ligat
Neq; iste tractu simplici prouoluitur
Vnusue sulcat subiacentem cæspitem
Tria ora quippe parte eoi luminis
Infert in agros ore bisgemino quoq;
Meridiana ciuitatis adluit
At mons paludem incubit argentarius
Sic a uetustis dictus ex spēsui
Stagno iste nanq; latera plurimo nitet
Magisq; in auras eminus lucem euomit
Cum sol ab igni celsa perculerit iuga
Idem amnis aut fluctibus stagni grauis
Ramenta uolut inuehitq; mœnibus

Diues metallum qua dehinc ab æquore
Salſi fluenti uaſta per medium ſoli
Regio redit gens & maneum accolit
Atq; inde rurſus uſq; cempſorum ſata
Ileates agros efferaci porrigunt
Maritima uero cibiceni poſſident
Gerontis arcem & prominés fani ut ſupra
Sumus elocuti diſtinet medium ſalum
Interq; celſa cautium cedit ſinus
Iugum ad ſecundum flumen amplum euoluit
Tarteſiorum mons dehinc attollitur
Siluis opacus hinc erythia eſt inſula
Diffuſa glebam & uiris olim punici
Habuere primo quippe eam cartaginis
Priſce coloni interfluoq; ſcinditur
At continentem quinq; per ſtadia modo
Erythia ab arce qua diei occaſus eſt
Veneri marinæ conſecrata eſt inſula
Templũq; in illa ueneris & poene ſal cauum
Oraculumq; monte ab illo quem tibi
Horrere ſiluis dixeram inueneris
Litus redine & molle harenarum iacet
In quas beſilus atq; cilbus flumina
Vergent fluentum poſt in occiduum diem
Sacrum ſuperbas erigit cautes iugum
Locum hunc uocauit herma quondam græcia
Eſt herma porrho cæſpitum munitio
Interfluũq; altrinſecus munit locus
Aliiq; rurſus herculis dicuntur ani uiam
Strauiſſe quippe maria fertur hercules
Iter ut pateret facile captiuo gregi
Porrho illud herma iure ſublibyq; ſoli
Fuiſſe pridem plurimi auctores ferunt
Nec reſpuendus teſtis eſt dionyſius
Libye eſſe finem qui docet tarteſſium
Europe in agro quod uocari ab incolis
Sacrum indicaui prominens ſubducitur
Locus utroſq; interfluit tenue fretum

Quod herma porrho aut herculis dictum est uia
Amphipolis urbis incola hoc demon ait
Non plus here longitudinis modo
Quam porriguntur centum & octo milia
Et distineri milibus tribus
Hic herculanæ stant colūnæ quas modum
Vtriusq; haberi continentis legimus
Sunt parua porrho saxa prominentia
Ab illa atq; calpe calpe hispano solo
Maurisiorum est abilla nanq; ab illa uocant
Gens punicorum mons quod altus barbaro est
Idest latino dicti ut autor plautus est
Calpeq; rursum in græcia spēs caua
Teretesq; uisu nūcupatur & iugi
Atheniensis dicit eucte monitem
Non esse saxa aut uertices adsurgere
Parte ex utraq; cæspitem libyci soli
Europæ & oram memorat insulas duas
Iter acerui nūcupari has herculis
Ait colūnas est adiatritiginta refert
Has distinere horrere siluis undiq;
Inhospitatasq; semper esse nauticis
Incesse quippe dicit ollis herculis
Et templa & haras inuehi aduenas rates
Deo litare abire festino pede
Nefas putatum demorari in insulis
Circum atq; iuxta plurimo
Manere tradit tenue prolixe mare
Nauigia honusta adire non ualent locos
Breue ob fluentum & pingue littori lutum
Sed si uoluntas forte quem subegerit
Adire fanum propter ad lunæ insulam
Agere carinam eximere classi pondera
Leuiq; cymba uix superferri salo
Sed ad colūnas quicquid interfunditur
Vnde æstuantis studia septem uix ait
Damascus esse cariæ dictus scylax
Medium fluentum inter columnas adserit

Tantum patere q̄tus æstus bosporo est
Vltra has colūnas pp europæ latet
Vicos & urbis incolæ carthaginis
Tenuere quōdam mos at ollis hic erat
Vt planior texerent fundo rates
Quo cymba tergum fusior breuius mare
Prælaberetur porro in occiduam plaga
Ab his colunnis gurgitē esse in terminum
Late patere pelagus extendi salum
Himilco tradit nullus hæc adiit freta
Nullus carinas æquor illud intulit
Desint quod alto flabra propellentia
Nullusq̃ puppim spiritus cœli iuuet
Dehinc quod æthram quod amictu uestiat
Caligo se per nebula condat gurgitem
Et crassiorem nubilum perstet die
Oceanus iste est orbis effusi procul
Circum latratur iste pontus maximus
Hic gurges oras ambigens hic intimi
Salis inrigator hic parens nostri maris
Plerosq̃ quippe extrinsecus turbat sinus
Nostrumq̃ in orbem uis profundi inlabitur
Sed nos loquemur maximo tibi quttuor
Prima huius ergo in cæspitem insinuatio est
Hæsperius æstus atq̃ atlanticum salum
Hircana rursus unda caspium mare
Solo indicorum terga fluctum persici
Arabsq̃ gurges sub tepente iam noto
Hunc usus olim dixit oceanum uetus
Alterq̃ dixit mos atlanticum mare
Longo explicatur gurges huius ambitu
Produciturq̃ latere prolixe uago
Plerūq̃ porro tenue tenditur salum
Vt uix harenas sub iacenti occulat
Exuperat autem gurgitem fusus frequens
Atq̃ impeditur æstus hic uligine
Vis uel uarium pelagus omne internatat
Multusq̃ terror ex feris habitat freta

Hec olim hemelco pœnus oceano super
Spectasse semet & probasse retulit
Hæc nos ab imis punicorum ānalibus
Prolata longo tempore edidimus tibi
Nunc iam recursus ad priora sit stilo
Igitur colūnæ ut dixerā libystidis
Europæ in agro aduersa surgit altera
Hic chrysus amnis intrat altum gurgitem
Vltra citraq; quattuor gentes colunt
Nam sunt feroces hoc loci liby phœnices
Sunt massieni regna selbyssina sunt
Feracis agri & diuitis tartesii
Qui porrigitur in calacticum sinum
Hos propter aūt mox iugum barbetium est
Malachæq; flumen urbe cum cognomine
Mæneace prior uocata est sæculo
Tartesiorum iuris illic insula
Antistar urbem nectilucæ ab incolis
Sacrata pridem in insula stagnum quoq;
Totusq; portus oppidum minace super
Qua sese ab undis regio dicta subtrahit
Silurus alto mons tumet cacumine
Adsurgit inde uasta cautes & mare
Intrat profundam pinus hanc quondam frequens
Ex se uocari sub sono graio dedit
Phanumq; adusq; ueneris ac ueneris iugum
Littus recumbit porro in isto littore
Stetere crebre ciuitates antea
Phœnixq; multus habuit hos pridem locos
In hospitales nunc harenas porrigit
Deserat tellus orba cultorum sola
Squalent iacentq; ueneris abdito iugo
Spectatur herma cæspitis libyci procul
Quod ante dixi littus hic rursum patet
Vacuum incolarum nunc & abiecti soli
Porro ante & urbes hic stetere plurimæ
Populiq; multi concelebrant locos
Nam natius inde portus op pe

Semassienum curuat alto ab æquore
Sinuq; in imo surgit altis moenibus
Vrbs massiena post iugum traete eminet
Breuisq; iuxta strongile stat insula
Dehinc in huius insulæ confiniis
Immensa tergum latera diffundit palus
Theodorus illic nec stupori sit tibi
Quod in feroci barbaroq; stat loco
Cognomen huius græciæ accipis sono
Prorepit amnis ista phœnices prius
Loca in colebant rursus hinc se littoris
Fundunt harenæ & littus hoc tris insulæ
Cinxere late hic terminus quondam stetit
Tartesiorum hic herna ciuitas fuit
Gymnetes istos gens locos insederant
Nunc destitutus & dui incolis carens
Sibi sonorus alebus amnis effluit
Post hæc per undas insula est gymnesia
Populo incolarum quæ uetus nomen dedit
Adusq; cani prefluentis alueum
Pytuisse & inde proferunt sese insulæ
Baliaricarum late insularum dorsa sunt
Et contra hiberi inusq; pyrene iugum
Ius protollere propter interius mare
Late locuti prima eorum ciuitas
Ilerda surgit littus extendit dehinc
Steriles harenas hemerosco pium quoq;
Habita pridem hic ciuitas nunc iam solum
Vacuum incolarum languido stagno madet
Attollit inde se sitana ciuitas
Propinquo ab amni sic uocata hibericis
Neq; longe ad huius fluminis diuortio
Præstringit amnis tyrius oppidum tyrin
Ad qua recedit ab solo tellus procul
Dumosa late terga regio porrigit
Berybraces illic gens agrestis & ferox
Pecorum frequentis intererrabat greges
Hic lacte semet atq; pingui caseo,

Prædurea lentes proferebant spūm
Vicem ad ferarum post crabrasiæ iugum
Procedit alte ac nuda littorum iacent
Ad usqꝫ cassæ herronesi terminos
Palus per illa naccararum extenditur
Hoc nomen isti nam pal osdedit
Stagniqꝫ medio parua surgit insula
Ferax oliui & hinc mineruę sat sacra
Fuere pp ciuitates plurimæ
Quippe hic hylactes hystra sarna & nobilis
Tyrichæ stetere nomen oppido uetus
Gaiæ incolarum maxime memorabiles
Pre orbís oras nanqꝫ præter cæspitis
Fecunditatem qua pecus qua palmitem
Qua dona flauæ cereris educat solum
Peregrina hibero subeuntur flumine
Iuxta superbum mons acer caput exerit
Oleumqꝫ flumem proxuma agrorum secans
Geminos iugorum uertices interfluit
Mox quippe sellus nomen hoc monti est uetus
Adusqꝫ celsa nubium subducitur
Ad stabatistum ciuitas lebedontia
Priore ædo nunc agerua cuius lare
Lustra & ferarum sustinet cubilia
Post hæc harenæ plurimo tracta iacent
Per quas sal auri oppidum quondam stetit
In quis et olim prisca callipolis fuit
Callipolis ill menium
Proceritatem & celsam per fastigia
Subibat auras quæ laris uasti ambitu
Latere ex utroqꝫ piscium semper ferax
Stagnum imprimebat inde carraco oppidum
Et barcilonum amœnas sedes ditium
Nam pandit illic tuta portus brachia
Vuetqꝫ semper dulcibus tellus aquis
Post indigetes asperi se proferunt
Gens ista dura gens ferox uenatibus
Lustrisqꝫ inherens tum iugum celebandicum

Inusq; salsam dorsa porrigit thetim
Hic adstitisse ciuitatem cypselam
Iam fama tantum est nulla nam uestigia
Prioris urbis asperum seruat solum
Dehiscit illic maximo portus sinu
Cauumq; late cespitem inrepit salum
Post que recumbit littus indiceticum
Pyrene adusq; prominentis uerticem
Post littus illud quod iacere diximus
Tractu supino se malo des exerit
Mons inter undas tument sco
Geminusq; uer
Hos inter aut portus effuse iacet
Nullisq; flabris æquor est obnoxium
Sic omne late prælocatis rupibus
Latus ambiere cautium cacumina
Interq; saxa immobilis gurges latet
Quiescit æquor pelagus inclusum stupet
Stagnum inde toni montium in radicibus
Tononitæ que atrollitur rumpis iugum
Per quæ sonorus uoluit æquor spumeum
Anystus amni & salum fluctu secat
Hæc propter undas atq; salsa sunt freta
At quicquid agri cedit alto a gurgite
Cæretes omne & aucoceretes prius
Habuere duri nunc pari sub nomine
Gens est hiberum cor dus inde deniq;
Populus agebat inter auios locos
Ac pertinentes usq; ad interius mare
Qua pini fertæ stant pyrenæ uertices
Inter ferarum lustra duceba
Et arua late & gurgitem ponti premit
Insordiceni cæspitis confinio
Quondam pyrenæ latera ciuitas diti flaris
Stetisse fertur hic que masiliæ incolæ
Negociorum sæpe uersabant uices
Sed in pyrenen ab colunnis herculis
Atlanticoq; gurgite & confinio

Zephyris oræ curſus eſt celeri rati
Septem dierum poſt pyrenæum iugum
Iacent harenæ littoris cynetici
Eaſq; late ſulcat amnis roſchinus
Hoc ſordicenæ ut diximus glæbe ſolum eſt
Stagnum hic palus quæ quippe diffuſæ patet
Et incolæ iſtam ſordicen cognominant
Præterq; uaſti gurgitis crepulas aquas
Nam propter amplum marginis laxe ambitum
Ventis tumeſcit ſæpe cellentibus
Stagno hoc ab ipſo ſordus amnis effluit
Ru   effluentis hoſtiis

Sinuatur alto & propria per diſpendia
Cæſpes cauatur eripit unda longior
Moleſq; multa gurgitis diſtenditur
Tris nanq; in illo maximæ ſtant inſulæ
Saxiſq; duris pelagus interfunditur
Nec longe ab iſto cæſpitis rupti ſinus
Alter dehiſcit inſulaſq; quttuor
At priſcus uſus dixit has omnis piplas
Ambit profundo gens eleſycum prius
Loca hæc tenebat atq; naro ciuitas
Era ferocis maximum regni caput
Hic ſalſum in æquor amnis attagus ruit
Heliceq; rurſus hic palus iuſta dehinc
Beſaram ſtetiſſe fama caſſa tradidit
At nunc heledus nunc & orobus flumina
Vacuos per agros & ruinarum aggeres
Amœnitatis indices priſcæ meant
Nec longe ab iſtis thyrius alto euoluitur
Cinorus agmen

Num qua excitent fluctuum uolumina
Sternatq; ſemper gurgitem alcyonæ quies
Vertex ad huius cautis e regione ſe

Illi eminenti porrigit quod candidum
Dixi uocari blasco propter insula est
Tereticꝙ forma cæspes editur salo
Incontinenti & inter adsurgentium
Capita iugorum rursum harenosi soli
Terga explicatur seꝙ fudunt littora
Orba incolarum setyus inde mons tumet
Procerus arcem & pinifer fecyi iugum
Radice fusa inusꝙ taurum pertinet
Taurum paludem nanꝙ gentici uocant
Orani propinquam fumini huius alueo
Hibera tellus adꝙ ligies asperi
Inter secantur hic sat angusti laris
Tenuisꝙ censu ciuitas polygium est
Tum mansa uicus oppidūꝙ naustalo
Et urbs hæsice gen sale

Eiusꝙ in æquor classius amnis influit
At cimenice regio discendit procul
Salso adfluento fusa multo cæspite
Et a prisca siluis nominis porrho auctor
Mons dorsa celsus huius imos aggeres
Stringit fluendo rhodanus atꝙ scrupeam
Molle imminentis intererrat æquore
Ligures ad undam semet interni maris
Secyena ab arce & rupe saxosi iugi
Procul extulere sed quasi exposcit locus
Rhodani in fluentum plenius tibi differam
Stili imorantis pater tractatu improbe
Quippe amnis ortum gurgitis lapsum uagi
Quis iste gentis lambat undas fluminis
Quantoꝙ manet incolis compendio
Et hostiorum fabimur diuortia
Niuosum in auras erigunt alpes iugū
A solis ortu & arua gallici salij
Intersecantur scrupeo fastigio

Et anhela semper flabra tempestatibus
Effusus ille & ore semet exigens
Hiantis antriui truci sulcat sola
Aquarum in ortu & fronte primo nauiger
Ad rupis illud erigentis se latus
Quod dedit amne gentici cognominat
Solis colūnā tanto enim fastigio
In usq; celsa nubium subducitur
Merianus sol ut positu iugi
Conspicuus haud sit cum relaturus diem
Septentrionum acer ferit confinia
Scis nam fuisse eiusmodi sententiam
Epicureorum non occasu premi
Nullo subire gurgites nunquam oculi
Sed obire mundum obliqua cœli currere
Animare terras alere lucis pabulo
Conuexa cūcta & inuicem regionibus
Cer negari candidam phœbi facem
Resi

Meridianum cum secuerit orbitam
Cum lumen axi atlantico inclinauerit
Vt in supremos ignem hyperboreos agat
Ac hemonioco qua semet ortui ferat
Discreta in æthræ flectitur curuo ambitu
Metamq; transit cunq; nostro obtutui
Iubar negari terra nox cœlo ruit
Cæceq; nostra protinus tenebræ tegunt
Dies at illos clara tunc inluminat
Septentrionis qui superposito rigent
Cum rursus umbra noctis arctoos habet
Genus omne nostrum splendidum ducit diem
Meat amnis aut fonte per tylagios
Per daliternos per clahilcorum fata
Temenicum & agrum durasat uocabula
Auremq; primam cuncta uulnerantia

Sed non silenda tibi met ob studium tuum
Nostramq; cura panditur porrho in decem
Vexis recursu gurgitũ stagnum graue
Plerisq; tradunt inserit semet dehinc
Vasta in paludem quá uetus mos græciæ
Vocitauit accion quæ præcipites aquas
Stagni per æquore gerit rursum effluus
Arctans qua sese fluminum ae forma dehinc
Atlanticos in gurgites nostrum in mare
Et occidentem contuens euoluitur
Patulasq; harenas quinq; sulcat hostiis
Arelatus illic ciuitas attollitur
Theline uocata sub priore sæculo
Graio incolente multa nos rhodano super
Narrare longo res subegerunt stilo
At nunq̃ in illud animus inclinabitur
Europam ut isto flumine & libyam adseram
Disterminari phileus hoc quáquá uetus
Putasse dicat incolas despectui
Derisuiq; inscitia hæc sit barbara
Et compete
Cursus carninæ biduo & binoctio est
Gens hinc nearchi bergineq; ciuitas
Salyes atroces oppidum priscum ramastrabalæ
Paludes terga celsum prominens
Quod incolentes cecylistrium uocant
Massilia & ipsa est cuius urbis hic situs
Pro fonte littus præiacet tenuis uia
Pater inter undas latera gurges adluit
Stagnum lambit urbem & unda lambit oppidum
Laremq; fusa ciuitas pene insula est
Sic æquor omne cæspiti infundit manus
Laboi & olim conditorum diligens
Formam locorum & arua naturalia
Euicit a te si quæ prisca te iuuant
Hæc in nouela nominum deducere

RVFI FESTI AVIENII OPERA FINIVNT

Fragmentũ arati phænomenon per germanicum in latinũ conuerſi cum cõmento nuper in ſicilia repertum.

Septem tradunť numero: sed carpiť una
Deficiente oculo distinguere corpora ꝑua
Nomina sed cunctis seruauit fida uetustas
Helectra alcioneq͡ celoneq͡ meropeq͡
Cœlifero genite. si uere sustinet athlas
Regina iouis superoq͡ atq͡ ipso pondere gaudet
Lumine non multo pleias certauerit astris
Præcipuo sed honore ostendit tempora bina
Cum primū agricolam uentus supiminet auster
Et cum surgit hiems portu fugienda peritis




P Leiades a pluralitatē græci uocāt. latini eo ꝙ uere exoriant̄ uergilias dicunt. Dicit aūt pherecides athineus ſeptem ſorores fuiſſe licurgi filias ex naxo inſula: & ꝑ eo ꝙ liberū educauerūt: a ioue int̄ ſydera ſunt relatæ. Harum nomina putant̄ Electra: Alcyone: Celeno: Aſterope: Merope: Taigete: Maia: quarum ſeptima ut ait aratus uix intueri poteſt: quā quidam pre timore orionis fugiſſe putant. quidam a ſole perſecutam arbitrant̄: uocatamqꝫ electram: quæ non ſuſtinens uidere caſus pro nepotum fugerit. Vnde & illa diſſolutis crinibus propter luctum ire aſſerunt: & propter comas quidā cometen appellant. Nōnulli uero meropē eē autumāt: q̄ nupta a quodā uiro noīata hipodomia. Muſæus autē refert filias athlantis fuiſſe ſeptem: ex qbus ſex claræ ſūt: una obſcura: cum diis concubuerunt: tres cum ioue & ex helectra dardan⁹: ex maia mercurius: ex taigete lacedemon: cū neptuno duæ: Alcyone ex qua hercus: celeno ex qua lycus: cū mar

vergilie licurgi filie

Cometes

te asteriope ex qua denomaus Merope cum sisipho. Magnā apud homines dignitatē habent

Empora leua premit parthi subiecta draconis
t Summa genu subuersa tenet qua se lyra uoluit
Contra spectat auem uel phœbi quæ fuit olim
Cygnus de thalamis candens qui lapsus adulter
Furta iouis falsa uolucer sub imagine texit



l Yrā inter astra collocatā dicūt propter honorē mercu
rii qui ea cōdidit ex testudinis simillitudine de apol
linis bo um cornibus qui intendit cordas septē athlāti

dũ numero. Regredicte igit nilo ad suos meatus inter caetera relicta ẽt testudo est: q̃ putrefacta fuisset & nerui eius extẽsi intra coriũ remãsisset: percussa a mercurio sonitũ dedit: in cuius similitudinẽ mercurius lyrã fecit: quã postea apollini datam: alii orpheo dicũt: eo quod unus ex musis idest calliopæ filius. fecit aũt cordas nouẽ iuxta numerũ musarũ. Tãte nãq; dicitur dulcedinis ĩ modulãdo fuisse ut arbores: saxa: bestias: atq; inferos cõmouerit ob cõiugis euridices desideriũ ad inferos descendẽs. Qui cũ apollinẽ maximũ deorũ honoraret. liberũ aũt patrẽ a quo fuerat glorificatus minime glorificaret sedens in pangeo mõte & expetans solis ortum. liber indignatus misit bacchas ut æschilus scribit quæ eum mẽbratim discerperent: collectisq; membris eius sepelirent: eum in lesbiis montibus: eius lyram museo dederunt. iouemq; rogauerũt ut eius memoriam astris inferret. habet autem stellas in utrisq; pectinibus singulas: ĩ cacumine chordarũ singulas in: utrisq; humeris singulas: in fũdo unam: in modulo unam: in tympano claram atq; cãdidã unã. sunt oẽs nouem.

Vt mediis fulgoris erunt penna utraq; læta
a Dexterior iuxta regalem cepheos ulnã
At læua fugit instantem sibi pegasũ ala



c Ygnũ dicunt inter astra cõstitutũ:eo ꝙ iuppiter ĩ cygnũ trãsfiguratus euolauerit i ramũ atticæ regionis ibiq́ꝫ cõpresserit Nemesim quæ & læda ut refret crates tragædiarũ scriptor:q enixa est ouũ unde nata est helena.sed quoniã iupit̃ rursus i cœlũ i cygnũ trãsfigurat⁹se recepit:Vt fuit pẽnis tẽsus simulacrũ ei⁹sydertb⁹reliquit.hẽt aũt stellas ĩ capite clarã unã:in dextra ala qnq́ꝫ: unã clarã quæ est erga collum:in sinistra ala qnq́ꝫ:in pecctore unam:in cauda unam: quæ estamplissima.sunt omnes xiii.

Nemesis

AQVARIVS

Ceano mersus sopitas condere flammas
o Hymbres occasus ortusq́ꝫ intercipit ora
Et cum terrores auget mox atra marinos

Multum clamatos frustra spectauerit ortus
Tunc rigor aut rapidus ponto tunc incubat auster
Tarda ministeria & nautis tremor alligat artus
Et rationem animi temeraria pectora soluent
Nulla dies oritur: quæ iam uacua æquora cernat
Pupibus & semper tumidis ratis innatet undis
Interea temptare undas iuuat: aspera sed cum
Assultat lateri deprensæ spuma carinæ
Tunc alti curuos prospectant littore portus
Inuentasque alii terras pro munere narrant
Interea exanimat pauidos instantis aquæ mons
Ast alii procul e terra iactant in altum
Munit & hos breue lignum & fata instantia pellit
Nec tantum a loeto quantū rate fluctibus absunt.



Orrho aq̃rius nomen accepisse dicit̃ q̄ ei⁹ exortu hym
p bres plurimi fiãt. Quidam uolunt ganymedem eũ eẽ troili & calliroes filiũ: qui cum in ida monte uenaret̃ ob nimiã pulchritudinem a ioue adamat⁹: & p aquilam rapt⁹ inter astra est collocatus. Dehinc aquarius dictus est q̄ undas funderet. Nigidius hydrochoos siue aquarum existimat esse Deucalionem thesalum qui maximo cataclismo sit relictus cum uxoer pyrrha in monte æthna: qui est altissim⁹ in sicilia: & postea quã se & uxorem suam in terra relictum censuit: orbitatis & uastitatis miseratus ab ioue præcari cœpit: ut aut & ipsi interirent: aut hominũ genus restituerent. Iuppit̃ respondit & per sortem indicauit ut lapides quos ante se reperissent post se iactarent. Reuersi itaq̄ quotquot deucalion misit uiri fiebant: quos pyrrha fœminæ. Quo facto rursus hominũ genus natũ ẽ: ob quã rem λάοσ græce popul⁹ dr̃: quia lapis antiquitus græce λάασ appellabatur. Ab antiquis q̄dem dr̃ aristeus filius appollinis fuisse: quem appollo dr̃ ex cyrene procreasse: quã cõpressit in monte orpheo: qui cyrenis ẽ appellat⁹ Aristhe⁹ dr̃ omnib⁹ artibus doctus fuisse: quibus cæteros homines ad bonos fructus utilitatẽq̄ pducebat. Is cũ caniculæ signum pestiferum oreret̃ & statim præsentes fructus lederẽtur: & hoĩes diuturna pestilentia afficerent̃. Factũ ẽ ut a diis impetraret̃ maxime neptuno iouis parenti: ne tempestatib⁹ & uentis pateret̃ gen⁹ hũanum affici indignis calamitatibus Itaq̄ uenia data cõstitutũ est a diis ut p caniculę stellę exort⁹ uenti pflarent dies circit̃ q̃draginta: eiusq̄ pestilentię uim abscinderet. Quapropt̃ aristheus a diis int̃ astra est collocatus. Habet aũt aq̃rius stellas in capite obscuras duas: in singulis humeris singulas amplas: in sinistro cubito unã: in dextro cubito unam: in singulis manib⁹ singulas: in singulis mãmillis singulas: sub mãmillis singulas: in dextro lũbo unã: in singulis genib⁹ singulas: in dextra tibia unã: in singulis pedib⁹ singulas. sunt oẽs. xviii. Effusio uero aquæ dextra leuaq̄ fit stellis. xxxi. Quarũ duæ splendide sunt. cætere uero obscuræ.

Apricorn⁹ sane similitudinẽ habet ægypanos. hẽt enĩ
c posteriorẽ ptẽ piscis: põrẽ capcorni. & hunc honorẽ dr̃ assecut⁹: eo q̄ cũ ioue sit nutrit⁹. epimenides dicit ĩida utrosq̄ nutritos: & ad tytanoꝝ bellũ cũ ioue eẽ ꝓfectũ: quẽ iupit̃ uictor astris intulit: q̄ ei⁹ opa dii armati essent. Itẽq̄ matrẽ

eius caprã qđ dycolõ ĩ uenisset ĩmari:ideo piscis cauda notatã. Nigidi⁹ capricornũ r̃fert ĩmortali honore donatũ:quo tpe phyton ĩmõte tauro spelũcã hẽret & ægyptũ ĩcoleret:ab ioue cõcessũ habuisset queadmodũ diis posset obsistere: cũ eis cõsium pãderet: si neq₃ terras relinq̃re uellẽt:neq₃ phithonis imanitati resisteret:dii possẽt ĩ cõsulte figuras ĩmutauerũt: ĩ q̃ qua quis uellet:seu bestiã seu uolucrẽ seu piscẽ pecudẽ ue. phythõ se ĩ caprã trãsmutasset:itaq₃ ĩmortales figuris ignotis phytonis añ oculos crebro uersabãť:unde adhuc maxiẽ ꝓ diis multas bestias abseruãt colũtq₃ ægyptii:& cõuenit phytoni nemině deoꝝ aduersari sibimet: uacuã cognouit dominãtib⁹ arbitratus deos se ueritos pp metũ dominabať imperitis furtunæ uarietate: & periculi magnitudine ĩstãtis. Nã post: xviii. dies dr̃ cõsiliũ de eo repẽtẽ a diis factũ ut ĩterfecereť:ob idq₃ usq₃ hodie ĩægypto hos dies idest.xviii.festos perpetuo ãnis singulis ĩstituerũt. ĩ quib⁹ diebus qui nasciť ãplius quã eos nõ uiuit phytõ aũt fulmine ĩterficiť ab apolline in tẽplo ægypti:menphis ubimos fuit solio regio decorari reges qui regnabãt. ibi enĩ sacris iniiciabãtur primũ ut dr̃ reges satl religiose tunicati:& tauro quẽ apim appellãt iugũ portare fas erat quẽ deum maximũ ægyptii existimãt:& per uicum unũ duci ut periti existimãt labore humane necessitatl: ut crudeli⁹ quæ sub eis sint abutanť. deduciť aũt a sacerdote isidis ĩ locũ qui nominať adytos & iureiurãdo adigiť neq₃ mẽsẽ: neq₃ diẽ ĩtercalãdũ quẽ in festũ diẽ ĩmutarẽt:sed ccclxv. dies pacturos sicut ĩstitutũ ẽ ab ãtiq̃s:sed illo reuertamur unde digressi sum⁹. igiť dii postea q̃ phytonem pœna affecerunt & interfecerũt: sãcta astrorũ memoria decorauerunt & ei nomẽ ægypti; ægipana imposuerunr:quod contenti dii se in bestias cõuertissent:phyton se in capram transfigurabat opidumq₃ magnificum in egypto ædificauerunt quod panopolim appelauerũt. Habet autem stelles:in singulis cornibus duas:in naribus clarã unam:in capite claras duas:sub collo unã:ĩ pectore duas:ĩ anteriore pede unã:in sũmitate ipsi⁹ pedis unã:ĩ dorso septẽ:in uẽtre quinq₃ in caude extremitate claras duas. sũt œs. xxvi.

Elligerum titan etiam cum contigit arcum
b Ducentemq₃ ferunt sinuato spicula neruo

Iam clausum tatione mare est: iam nauita portu
Infestam noctem fugit ad longasq; tenebras.
Signum erit exoriens nobis tum nocte suprema
Scorpios ille micat super freta cerula cauda
Insequitur grauis arcus & in lucem magis exit
Tunc alte cynosura repit. tunc totus in undas
Mergitur orion humeris & uertice cepheus

P orrho sagittarius scorpione oriēte ascēdit: quo ascē-
dēte orion occidit totus & cepheus a uertice & hume
ris cū manib⁹: i cuius signi regione zodiacus circulus
humillimus est propter equina crura. Quidā negant dicētes
nūq̄ cētauros ullis sagittis usos fuisse. Quidā aūt dicūt q̄ qua
drupedes esse nō uideāt: sed stās bipes sagittarius. Hic autem



homo equinis pedibus est & caudã habet ueluti sagittarii. sosi/sitheus aũt tragœdicarũ scriptor illũ affirmat esse cortonem euschemis musarũ nutricis filium & inhabitasse helyconem atq; sagittis & uenatu uitã exegisse: qui inter musas sæpius cõ/moratus plausu cantus earum distiguebat idest ad pedẽ ma/nibus plaudebat: quo alii timerent: Hunc musæ benefitio io uis astris intulerunt: cuius artes idest plausus & sagittæ inter mortales mansere. Nigidius de crotone eodem dicit: sed non conuersatum cum musis: sed dum illæ cantus chorosq; cele/brarent: Hunc procul auditu repentino plausu ad pedem feri endo oblectare canẽtes: ob hoc cum a ioue immortali memo/ria earum rogatu donatum quod essent nutricis earum filius idem occeani nepos. Habet autem stellas in capite duas: in ar cu duas in acumine sagittæ duas: in dextro cubito unã: in ea/dẽ manu unam: in uentre claram unã: in spina duas: sub cau/da duas: in anterioribus geniculis singulas. Sunt omnes. xv. Reliquæ uero septem subter crura similes quidem sunt po/sterioribus quæ non ostenduntur. Quod centaurus duplex sit iaculum autem eius ex quo dicunt omnes cygnos ab apol/line interfectos: qui iouis fulmina fuerant absconditũ fertur ad aquilonem & peracta ac potius sedata lite assumptũ et ad pedes sagittarii inter astra collocatum. Habet autem stellas quattuor: in summo unam: in medio obscuram unam: in pẽ nis duas. unam uero splendidiorem aliis.

u Nguibus innocuis phrygium rapuit ganymedẽ
Et cœlo appositus custos quo iuppiter arsit
In puero: luit excidio quem troia furorem



Quilã ſane ĩter aſtra collocatã dicunt: pganimedẽ io
a uis miniſtrũ: quẽ rapuit ĩ cœlũ. eſt enĩ ĩ ea ſignum io
uis: ꝙ cum dii omnes uolucres inter ſe diuiderẽt eã ĩ
portiõe ſortitus ſit iouis pp quod altius cunctis uolãtib⁹ euo-
let & pene ĩter oẽs principatũ tenet: & ꝙ ſola auiũ ſolis radiis
non terreatur. Nãq ita eſt ſpectãs ad orientẽ pẽnis tẽſis. ag lo
aſthenes dicit iouẽ in aquilam trãſfiguratũ: naxiam regionẽ
ubi nutrit⁹ fuerat petiiſſe & regnum accepiſſe. Egreſſus uero
de naxo cum aduerſus titanas proficiſceretur & ſacrificium
faceret: aquilam ei ĩ auſpitio apparuiſſe & fulmina miniſtraſ
ſe: quam bono omne acceptam tutelæ ſubieciſſe. Habet au-
tem ſtellas in capite clarã unã: in humeris ſingulis alarũ ſin-
gulas: in pectore obſcuram unam. ſunt omnes quattuor. Sa-

gitta aũt quã tenet in pedibus dicit̃ ſagitta appollinis fuiſſe: cum qua cyclopas interfecit: eo ꝙ iouis fulmina facerẽt: ꝙ eo telo æſculapius eius filius a ioue eſſet interfectus: quã ſagittam aſtris illatã in memoriã uirtutis ſuæ reliquit. Habet autẽ ſtellas quattuor: in ſummo unam: in medio unam: in pennis ſagitte duas.

DELPHINVS

Ydera quæ mundi pars celſior æthére uoluit
ſ Queq̨ uident boream uentis aſſueta ſerenis
Diximus. hinc alius decliuis ducit̃ ordo
Sentit & inſanos obſcuris flatibus auſtros.



Eptunꝰ ut artemedorus refert amphitriten uoluit in
n coniugium accipere: quæ cũ ob uerecundiæ magnitu
diné & uirginitatis obſeruantiá ad athlanté cõfugiſſet

neptunus post eã multos misit qui eã peterẽt: ĩter quos & del
phinum misit qui eã peteret. Quæ cum circa insulas athlãtis
moraretur repperit eã nunciauitq; neptuno: quã ille suis per
suasionibus ad suã perduxit uoluntatẽ: delphinoq; maximos
honores in mari tribuit: quem in astris intulit & in manu sua
habere instituit. Habet aũt stellas nouem: & ideo musicum si
gnum dicitur: eo quod in numero musarum. stellas habet in
ore unam: in folio duas: in pennulis uentris tres: in dorso unã
in cauda duas. sunt omnes nouem. delphinus autem nõ mul
tum currit super capricornum

ORION

Ela caput magniq; humeris sic balteus ardet
t Sic uagina ensis pernici sic pede fulget



o Rion qui & icola dicitur ante tauri uestigia fulget: &

dicitur orion ab urina ideſt ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis habet ortum: cum mare & terras aquis & tẽpeſtatibus turbat. Hunc romani iugulam uocant: eo quod ſit armatus ut gladius: ſtellarum luce terribilis & clariſſimus qui ſi fulget ſerenitatem protendit: ſi obſcuratur tempeſtatẽ annuit imminere. Hunc heſiodus dicit neptuni & euriphides filium: cui dono datum eſt a neptuno ut ſuper fluctus ambularet ueluti ſupra terrã. Qui cum chiũ ueniſſet meropẽ oenopionis filiã cõpreſſit: quẽ oenopion ob iniuriam excæcauit: & de finibus ſuis expulit. ipſe cum lemnum ueniſſet: a ſole dicitur ei lumina reſtituta eſſe: & reuerſus eſt ad oenopionem: qui cum a ciuibus terra abſconderetur oenopion: deſperata eius inuentione cretam eſt profectus ubi cum immodice uenaretur: & adiana corriperetur ait ſe nullam feram in terris relicturum. Tellus ĩdignata ſcorpionem extulit miræ magnitudinis: qui pœnas magniloquentiæ eius exigeret. iouis autẽ orionẽ ob uirtutem aſtris intulit. idem rogatu dianæ ſcorpionem inter aſtra duodecim cœlo collocauit: quorũ contra magnitudinẽ ſtellæ quoq; eorũ ampliſſimæ ſunt. Ariſtomachus autẽ dicit caubriſa quædã thebis uoto petiſſe ut filium haberet ad quẽ iouis mercuriꝰ & neptunus hoſpitio deuenerunt. qui eis hoſtiã immolauit ut filius naſceretur: cuius bouis pelle detracta dii ĩ eam urinam fecere: iuſſuq; mercurii terra obrupta eſt: unde puer ſupradictus eſt natus: quem orionem appellauerunt & aſtris intulerunt. Quidam autem dicunt orionem methineum qui cũ eſſet cytharæ potens rex corinthiorũ pyran nomine eũ dilexit: qui cum a rege petiiſſet ut ciuitatem arte ſua illuſtraret & magnum patrimoniũ acquiſiuiſſet cõſẽſerunt famuli cum nautis ut eum interfecerent: quem cũ uellent interficere petiit ab eis ut añ decantaret. Cum autem cytharæ ſonus cum uoce eius audiretur delphini circa nauim uenerunt: ille ſuper unum ex his ſe precipitauit: qui eum ſublatum ad regem pyranthum corinthum detulit. delphinus ſubductis per æſtum aquis exanimatus eſt. Qui cum ſuos caſus Pyrantho narraſſet: iuſſit rex Pyranthus delphinum ſepeliri: & ei monimentum fieri: poſt aliquantulum temporis nauis qua orion deuectus fuerat corinthum delata eſt

Nautas cũ ad se adduci rex imperasset & de orione inquire-tet: dixerunt eũ obiisse. Quibus ille crastino inquit die ad delphini monimẽtũ iurabitis. eosq; custodiri mãdauit: atq; orionẽ ita ornatũ sicut se precipitauerat in monimẽto delphini delitescere. cum aũt adducti per dephini monimẽtum iurarẽt orionẽ obiisse: & de monimẽto prodiisse: quẽ illi uidentes obmutuerunt: ibiq; regis imperio crucifixi sũt. Dehinc iouis miseratione dicit̃ q orion cum delphino inter astra positus sit: Nigidius aũt refert quodam tempore iouẽ cum cæteris diis apud musæum bisthoniorum regem hospitio dapsali copiosoq; affectu prædito in hilaritate cõstituisse ut in corio tauri qui tũc immolatus fuerat mĩgerent: eoq; loco in corio terra obrupta natus sit orion: qui factus adolescens digna deorum forma atq; egregia uirtute incitatus immortali memoria obtẽperabat: quib9 ortus dicebat̃. Nã cũ in celinio uenaret̃ dianam irridẽs cõtẽnebat eius opera quæ in monte cõstituebat. Itaq; diana misisse dicitur scorpionẽ qui orionem uita priuaret. Orion uita priuatus syderib9 illatus ẽst. habet aũt stellas in capite claras tres: ẽquibus media est splendidior cæteris: in singulis humeris singulas claras: in dextro cubito obscuram unã: ĩ eadem manu unam: in zona tres: in gladio quem tenet in manu tres: in singulis genibus singulas: in singulis pedib9 singulas: in mantili tres. sunt omnes. xvii. et decem ex eis obscuriores. Balteus eius & gladi9 æterne existrmantur esse.

CANIS

Vm tetegit solis radios accenditur æstas
c Discernitq; ortu longe sata uiuida firmat
At quibus artatæ frondes aut languida radix
Exanimat nullo gaudet maius ue minus ue
Agricola & sydus primo speculator ab ortu



S Yrius stella est in medio centro cœli: ad quã cũ sol accenderit duplicatur calor ipsius: & languore afficiunt corpora humana. Syriũ aũt stellã uocatã putant ppt flãmine candorem. Latini aũt illã caniculã uocant: unde & dies caniculares dicuntur: quia q̃diu sol in ipsa est pestifera est: sed p qualitate adiacẽtiũ cõmutat. Nã aũt uicit aut morbo sis utitur uirib⁹. Hic est q cũ certo tẽpore orit nõ sẽp ẽ noxia Quidã uero dicunt canẽ fuisse quæ europæ cum dracone custos data est: quæ postea minos utraq accepit. eãdem postea ob medicine causam procridi in munere datã: quæ postea cephalus utraq possedit uir procridis: qui eam ad thebas duxit ad uulpẽ thebanorum agros infestantem: cui cani factum est ne ab ullo posset iterfici: itemq uulpi. Iuppiter uero uulpem in lapidem conuertit: & canẽ astris intulit. Amphian⁹ tragœdiarum scriptor refert q cum hominibus stelle relinquerent locum: missus est legatus canis ad dolorã: quã ut uidit tẽpore

tempeſtiuo adamauit: qui cũ flagraret amore nec poſſet frui
magis aſperius urebatur calamitate accepta & deos adiuto-
res inuocare cœpit. tunc aquilo miſit filios ſuos adoleſcen-
tes: qui operam cani traderent. & ipſe flatu ſuo canis ardoré
ſedauit: qui flatus eteſiæ dicitur. amoris autem memoria re-
manſit. ſunt qui aliter memorent. Icarus a libero hoſpitio re-
ceptus eſt: qui ei in munere utré plenum uino tribuit: iuſſitq;
ut in reliquas terras propagaret. Icarus dehinc atheneus cum
in terram atticam ad poſteros deueniſſet eis genus hoc ſuaui
tatis oſtendit. paſtores autem cum immoderatius biberent æ-
brii facti conciderunt. Qui arbitrantes icarum malum medi-
camentum ſibi dediſſe eum fuſtibus iterfecerunt icarum aũt
occiſum canis. qui cum eo fuerat neera nomine ululans. Eri-
gonæ eius filiæ monſtrauit ubi pater inſepultus iaceret: cũ q̃
ueuiſſet eius corpus ſepeliuit: ipſaq; ſe in monte hymeto con
tulit ibiq; laqueo ſibi mortem conſciuit. Tunc dicitur liber a
ioue petiiſſet ut erigonem & icarum aſtris inferret. iouis auté
audita eius petitione: Erigonem ſignũ uirginis nominauit.
icarum autem patrem eius arcturum. Qui cum exoritur tem-
peſtates mari terræq; efficit. cũq; athenas peſtilentia opprime
ret ex oraculo reſponſum eſt ceſſaturam peſtilentiã: ſi per an
nos ſingulos de frugibus & uindemia icaro & erigonæ pri-
mum delibaretur. Quod factum eſt ab athenienſibus: qui die
bus feſtis inſtitutis aras conſtituerunt. ideo quia illam pen-
dentem aſpexerunt: quod eſt apud græcos ex quo factum eſt
ut ſoli oſcillo iactarétur homines. Canis autem icari qui ulu-
lans ante pedem pédentis uirginis mortuus eſt aſtrucion no-
minat̃: quod nos canis ſtellam dicimus: qui ob eandé cauſam
quãdo exoritur ſummã peſtilentiam hominibus facit. Habet
autem ſtellas in capite unã: quæ iſis dicitur claram: in lingua
unam quam ſyrium uel cané nocant: quæ magna eſt & ſplen
dida: in collo duas: in ſingulis humeris ſingulas obſcuras: in
pectore claras duas: in anteriore pede ſiniſtro tres: in dextro
unam claram: in extremo ſupra dorſum tres: in uentre duas
in ſiniſtro femore unam: in poſteriori pede ſiniſtro unam: in
ſummitate caudæ unam. fiunt omnes. xx. Situm autem eſt
hoc ſignum ĩter hiemalé tropicum: & arctic ũ ſubterraneum
qui auſtralis uocatur.

ſ Ic utrunqꝫ oritur ſic occidit in freta ſydus
Tu paruum leporem perpende ſub orione




l Epus ſub pedibus anticanis & orionis conſtitutus eſt
Hic dicitur orionis canē fugere uenātis. Nā ut uena-
torē eū finxerunt aliqua de cauſa: ita leporē ei ad pe-
des fugiētē finxerūt. Quidā negāt tā nobilē tāqꝫ magnū uena
torē de quo añ i ſcorpione ſigno dixim⁹: & poſtea i ipſius fi-
gura dicem⁹ oportere leporē uenari. Callimachuſqꝫ accuſat
eū: ꝙ cum diane ſcriberet laudes dicit eum leporino ſāgui-
ne gaudere: & eos uenari dixerit. Nonnulli a mercurio inter

astra collocatum dicũnt propter nimiam uelocitatem: siue q̃ inter quadrupedes plus pariat: & quosdã fœtus pariat: quosdã uero in uẽtre habeat: sicut aristoteles philosophus ait: q de animalium ratione differuit. Antiq̃tus aũt dicebat̃ in ĩsula le ro nullum leporẽ fuisse: sed ex eorũ ciuitate adolescens q̃dam studio generis ab exteris terris leporẽ fœminam ꝑduxit: & ad eius partũ dilegẽtissime que opus essent administrauit. itaq̃ cũ peperisset & cõplures eius ciuitatis ad studiũ intendisset: & partim precio partim benenifio mercati essẽt: õẽs lepores alere cœperũt: q̃bus cũ nihil daretur ad mãducãdũ: impetu facto omnia comederũt. quo facto insulã calamitas aflixit. itaq̃ postea leporis figurã astris contulerũt ut homines meminissent nihil his exoptãdũ in uita si insolenter utãtur lætitia qua dolorem capere posterius cogantur. Habet aũt stellas in singulis auribus singulas: in pectore duas. in dorso nitidã unam: in posterioribus pedibus singulas. sũt aũt õẽs. vii.

ARGO NAVIS

a T cum decurrens inhibet iam nauita remos
Auersamq̃ ratem uotis damnatus ab ore
Perlegit optatã cupiens contingere terram
Sed quia pars uiolata fuit coeuntia saxa
Sumine iunonis tutus confugit iason
Hæc micat in cœlo lateri amplior actus
Quã surgit malus qua debet reddere proram
Intercepta perit nulla sub imagine forma
Puppis demisso tantum stat lucida clauo



p Oſt canis igitur magni caudam ſm ſtellarum ordinẽ
nauis cõſtituta eſt: quam quidã bñficio mineruæ iter
aſtra collocatã dicũt: q̃cꝫ ꝑma ab ea fabricata ē & ma-
re qđ antea inuiũ fuerat hominibus peruiũ naualis ingenio
fecit: quã notatã ĩcœlo figurauit: ſed a gubernaculis uſcꝫ ad
malũ. nonnulli dicũt danaum beli filium ex compluribus cõ
iugibus quinquaginta filias habuiſſe. fratrem autẽ eius ægy-
ptũ totidẽ filios. Danaum autem & filias eius interficere uo-
luit: ut regnũ paternum ſolus obtineret: eaſcꝫ filiis ſuis uxo-
res a fratre popoſcit. Danaus autem cognita malitia mineruã
inuocauit adiutricem. tunc primum dicitur minerua nauim
feciſſe: quæ argos appellata eſt: cũ qua danaus ex aphrica ar-

gos profugit.egyptus filios suos ad psequendũ fratrẽ misit. Qui postq̃ argos uenerunt patruũ impugnare cœperunt. Danaus aũt ut uidit se eis obsistere non posse dedit eis filias suas quæ patris iussu uiros suos una nocte interficerunt: sola hypermestra linum seruauit. ob quod phanũ illis factũ est. cæteræ uero dicunt apud inferos in dolium ptusum aquam ingerere. Habet aũt nauis stellas in puppe quattuor: i catastroma quattuor: in malo summo tres: in singulis temonibus quinq₃: sub carina quinq₃. sunt oẽs. xxvi.


CETVS

Iuerso posita & boreæ uicina legenti
d Auster pistris agit duo sydera plegit unum
Nanq₃ aries supra pistrim piscesq₃ ferunt
Belua sed ponti non multũ pterit amnem

Orrho sub ariete & piscibus sup fluuiũ cet⁹ in cœli re-
p gione collocatus est. Dicit aũt a neptuno missus ad ce
pheum ppter inuidiam nereidis: a qua cõtra cassiopeam & andromedã exardescebat ppter nimiã pulchritudinem. huic cetui andromeda pposita erat: quem perseus interfecit: & ab ioue astris illatus est: ut memoria actus maneret. Habet autem stellas in caudæ extremo claras duas: a cauda usq₃ ad gibbum eius sex: sub uentre sex. sunt omnes. xiiii.

ERIDANVS FLVVIVS

Lanxere ignotis asiæ phætondides undis
p Eridanus medius liquidis interiacet astris
Huius pars undæ læuum ferit orionis
Lapsa pedem: procul a motis qui piscibus usus
Vincula coniectat nodus cristam super ipsam
Aequore pistris adit. sunt illi libera cœlo
Sydera nonnullam specie reddentia formã
Sub leporisq₃ latus uersam post deniq₃ puppim
Inter & eridanum flexusq₃ cauũq₃ carinæ
Atq₃ hæc ipsa notat: si nullam ferre figuram
Sunt etiam toto sparsi sine nomine mundi
Inter signa ignes etiã quibus & sua desit
Forma per oppositi noscuntur lumina signi



Luuius ut superius diximus subter cetũ collocat⁹ in
f coeli regione cernit̃. Ad quem sinister orionis pes ex-
tendit̃. Ab arato & pherecide eridanus padus esse pu
tat̃. & iõ int̃ astra collocatus ꝙ a meridianis ꝑtib⁹ dirigere cer
nitur. Hesiodus aũt dicit eũ int̃ astra collocatũ ꝑpt̃ phætonta
solis: & climenes filium q̃ dicitur currum patris ascẽdisse
Cunq̃ a terra altius leuaret̃ præ timore in eridanum fluuiũ
qui & padus cecidit: ab ioue fulmine percussus: & omnia ar-
dere cœperunt: causaq̃ extinguendi uniuersos amnes immis
sos esse: omneq̃ mortalium genus interiisse: p̃ter pyrrham &
Deucalionem. Sorores quoq̃ phætontis flentes in arbores po
pulos uerse sũt: lachrymeq̃ earum i electrum durate dicunt̃

Elyadesq; appellatæ.ipse autem noīa habuisse: merope: Elye: ægle: hygiala: petre: phœbe: cherie: diosipe. Cygnus quoq; rex liguriæ phætontis propinquus dū fleret in cygnū conuersus est: id quoq; monēs flebile canit. a quibus clam uero nilus qui & gyon existimatur. & ideo īter sydera collocatus q; a meredianis partibus cursum dirigat. Est autem sydus multarum stellarum luce adornatū: & subiacet ei stellæ quæ uocaṫ canopus siue ptholemæon splendens. tangitq; temonē nauis: apparet autē humillima eo quod circa terram esse uidetur. & nullū sydus in ferius apparet: ob quod terrestris uocatur. Habet autem stellas in primo flexu quattuor: in secundo tres: ī tertio tres: usq; ad nouissimam septem: quas dicūt in ore nili fluuii esse. sunt omnes. xvii.

i Nfimus hydrochoos: sed qua uestigia figit
Sunt aliæ stellæ: qua caudam belua flectit
Quaq; caput piscis media regione locatæ
Nullum nomen habet: nec causam nominis ullam
Sic tenuis cūctis iam pene euanuit ardor
Nec procul hinc dextra diffundit aquarius undas
Atq; imitata cadunt errantis signa liquoris
Equibus una magis sub cauda flamma relucet
Squamigeri pistris pedibus subit altera signi
Fundentis latices. est & sine honore corona
Ante sagittiferi nullum pernicia crura



Iſcis magnus cuius nepotes dicunt̃ piſces qui in circu
p lo zodiaco conſtituti ſunt : dicit̃ ĩ aſtra collocatus: eo
ꝙ decidens in boeth ſtagno phacetis filia ueneris in pi
ſcem ſit̃ tranſfigurata: quam ſyri deam nominauerunt. Qui-
dam aũt dicũt ꝙ de ſtagno filiã ueneris ſaluauerit. Vnde uſqꝫ
hodie ſyri piſces argenteos in templo ſacrauerũt. Eſt autẽ ſi-
gnum in pte auſtrali: ꝙ piſcibus orientibus orit̃: quẽ piſcẽ di-
cunt aquarii urnæ habere effuſionẽ. Habet aũt ſtellas. xii. e q-
bus una fert̃ eſſe ſub pedibus aquarii: & tres in brachiis eius.
Ipſe aũt clariores eſſe cæteris noſcunt̃. Inter hæc ſunt aſtra ſi-
ue ſigna q̃ plenete appellant̃.
Ceanũ occaſu tangit tanto & magis arte
o Thuribulo metæ uim cœlo ſuſcipit & iam
Præcipiti tractu uaſtis dimittit̃ undis
Multa dedit natura homini rata ſigna ſalutis
Venturáqꝫ iouis cladem depellere ſuaſit
Inter certa licet numeres ſub nocte cauenda
Thuribulũ. nã ſi ſordebũt cætera cœli
Nubibus obductis illo ſplendente timeto

Ne pacem pelagi soluat uiolentior auster
Tunc mihi siccent astricta cornua uelo
Erigat. emittantq; latus p inane rudentes
Quod si depraensa turbauit lintea puppis
Incubuitq; sinu laxo uel mergit undis
Prona ratis: soluet quae inimicū nerea prora
Vel si pspexit seruator iuppiter aeger
Vltima psoluunt iactatae uota salutis
Nec metus ante fugit q̄ pars effluxerit orbis
Quae boreā coelū spectantibus indicet ortum.

Acrarius qui & pharū dicit est signum nauigantibus
ſ semper contrariū: quod sequitur scorpionis caudam



Quod quidam locatum inter astra dicunt: q̄ i eo diipmū mutuo cōiuratione fecerūt: cum iouis cōtra saturnū fecit q̄ memoriae non solum astris illatum: sed etiā hominibus hoc ha-

bere institutum: quia in agonibus & ludis quinquennalibus corone habent: & federis testes adhibent: itéq3 uates p quos futura respõdent in symposiis domib9 cõsecrant: & iure iuppit igneũ sibi uelamẽ ne ei9 fulminũ potentia dephenderetur adhibuit. Habet stellas quattuor: duas in supficie: in qua pru næ fuisse dicunt: duas in uase eius.

i Nde pingentes costas p crura per harmos
Nascit intacta sonipes sub uirgine dextra
Seu prædam e siluis portat seu dona ppinqua
Placatura deos cultor iouis admouet aræ
Hic erit ille pius chyro iustissimus omnis
Inter nubigenas & magni doctor achillis
Hic humero mediũ scindens iter ætheris alti
Sic tenuem traxit nubem stellas ue recondit
Toto clarus equo uenientes nunciat euros.



C Entaurus dicitur saturni & philiræ filius: nam satur-
nus cũ ioue filiũ quereret i thracia cũ philiræ ocean
filia ĩ equũ uersus dicitur cõcubuisse: & ex ea chyronẽ
centaurũ natũ artis medicine ĩuentorẽ: ipsãq; in arborẽ fili-
am hoc est thyliã uersã esse: & habitasse chyronem in pelio mõ
te inter homines æqssimũa: quo æsculapius medicina achil-
les cythara: i astrologia hrecules litteris ĩstructi sũt: cuius hos
pitio hercules usus sicut antisthenes dicit e pharetra sagitta
lapsa dicitur pedẽ eius uulnerasse: acceptaq; uulnere illũ ani-
mam exhalasse: & ab ioue astris illatũ. est aũt signũ ad aspectũ
sacrarii. Vnde & ad idẽ sacrarium sacrificare uidetur. Habet
stellas in capite obscuras tres: in singulis humeris singnlas cla
ras: in dextro cubito unam: in eadem manu unã: in medio pe-
ctore unam: in spina duas: in uentre splendidas duas: in dex-
tro lũbo claram unam: in cauda tres: in singulis genibus re-
trorsus duas: ĩn utroq; harmo. unam: in utrisq; pedibus ante
rioribus singulas. fiunt omnes. xxxiii. Quidam arbritantur
tenere i sinistra manu arma & leporem. in dextra uero bestio
lam quæ chyron appellatur & thyrsũ id est utrem uini aceti:
ĩn quo libabat diis in sacrario. Habet autem stellas bestiola
in capite unam: in spina claram unam: i cauda duas: in sũmo
pede posteriore claram unam: in anteriori pede unã claram:
in thyrso tres: sunt omnes xxxiii.

HIDRA

H Ic primos ortus crater premit ulterioris
Vocalis rostro corui super hydraq; lucet



Ydra sup cui⁹ caudã coruũ sedere dicũt: & in medio
h urnam afferũt: est signum in parte australi caput de-
flexũ habẽs ad cancrum: cui⁹ sinuosi corporis medie-
tas est connexa sub leone: caudã uero extendit ad centaurũ:
supra quam sedet coruus: qui coruus ideo int astra collocat⁹
dicit: eo q fuerit i tutela appollinis a quo missus ad fontem
ut diis ad libandũ aquã deferret: qui cũ uidisset arbores gros
sas ficus habentes uolans cõsedit in eis donec maturæ fierẽt
& aquã deferre distulit. post paucos aũt dies pacto sacrificio
cum ille ficus comedisset: & se diis peccasse sẽsisset: denuo ad
fontem ut aquã hauriret rediit: & ab hydra exterritus uas ua
cuum reportauit dicens excessisse aquam: quæ fuerat in fon
te. cognoscens apollo sibi coruum peccasse: phibuit eũ eo tẽ-

m

pore aquam bibere: ut aristoteles dicit in eo libro quide bestiis scribitur. Et Isidorus in naturalibus uel in physicis memoriæ tradidit: quod ipse peccati pœnas daret: qui & postea astris illatus est. Crater autem medio angue positus est: caudā autem auguis coruus appetit rostro: neq post et iuxta accedere ut bibat. Habet unguis stellas: in capite claras tres: in prima flexura sex: & una ex eis obscura ad ultimum: in secunda flexura tres: in tertia quattuor: ī quarta duas: in quinta usq ad caudam octo claras. fiunt omnes. xxvi. paululum sub prima flexura crater siue urna situs est inclinatus ad genua uirginis: Habet stellas in labris ob scuras duas: Per singula latera tres: in fundo duas. sunt omnes decem. Coruus autem qui est ad ultimam eius caudam spectans ad occasum habet stellas: in capite claram unam: in ala duas: in cauda tres: in pedibus singulas ab unguibus. sunt oēs sex. oēs simul fiūt. xxxxiii.

Etherium uenit in thalamum super hymbribus atrum
a Et tonitru crebraq abscondit grandine terras
Temperat in geminis annum: nec crede sereno
Nubila ne diuturna putes cum sydere cancri
Fons erit ardentis tamen hoc littore certum
Flagrantis placide lucens hic temperat annum
Composuit sedem nemæis finibus astrum
Virginis & libra semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt
Nunc quoq nulla fides cœlum cum scorpion acer
Stat super: incerta nāq omnia lege feruntur
Heu quantis terras cum Iuppiter ignibus omnis
Obruet aut glomerata cadet quam densa per astra
Immitis grando cœlo quam sæpe sonabit
Cum spatium attigerit tendentis singulaq ignis
Non terris hymbres ponto non flamina deerunt
Et cœli terret sonitus mortalia corda
Cum sedem agoteri cithereius attigit ignis
Horridus ad gelidos portendit aquarius ignes
Hibernæq cadunt pluuiæ concretaq grando
Piscibus a geminis sub prima recurrerit astra
Hesperus hæc tibi signa feret cum lucifer ora

Ingreditur uenus alma polum ſed ubi heſperus ignes
Prouocat ætherios & noctẽ ducere terris
Incipit exoriens ecce citherea mouebit
Vere caueto hymbres & fulmina culmine ab alto
Phryxeum rutilo pecus irradiauerit aſtro
Nubila commixtusq; fragor pluuialibus undis
Flamina aſſiduo terris tum ſtantia pulſu
E cœlo diri deiecti grandiniſ ictus
Vere magis nitido tauri cum ſydere fulxit
Appota geminis eadem conſtantia præſtat
Cum dederit ſoles inducit nubila cœlo
Nubila cum fuerint ſubitos mirabiles ſoles
Et modo te uento gelido modo protinus hymber
Lucent alterna ſuperabit nube ſerena
Sin leuis ingreſſa eſt ſpatioſi ſydera canri
Pacem mundus habet nonnulli corpore ſoles
Peſtiferi incendunt non ſydera denſa ſolutos
Aſtringunt artus alieno tempore lenis
Omnia pacato tum ſydere temperat aer
Ac rapidis idem ne ſolibus æſtuat orbis
Efficient magni conſpecta ſigna leonis
Virgine erunt pluuie: plæriq; in nube fragores
Concaua quos reddunt incluſo nubila uento
Dethrait autumno pluuias eademq; repellit
Nubibus aſſiduis cœlumq; ob frigora prima
Extremum autumni ſuperent glacialia terræ
Scorpios at raris ne quis caua terra grauetur
Horrebit pluuiis ad diros omnia nimbos
Continuiſq; ruit cum per ſinuoſa tenetur
Cornua centauri rapida diſtincta ſagitta
Egoceros hymbres & crebro lumine ruptos
Nubibus elidet ſonitus: tremuloq; nitore
Flagrantis teli mortalia numina uincent
Hæc eadem fundens prædicit aquarius hymbrem
Extremis ſæuis maria increbeſcere uentis
Oſtendunt piſces ueneris quos ſtella notarit
Et quoniam certis extat uia cognita ſignis
Si modo phœbe iflammas euaſerit axis

Matutina ferens ſolitos per ſydere curſus
Cum pecudum uillis auratum fulxerit aſtrum
Ventorumq; graues & diræ grandinis iræ
Non intermiſſo patienti tempore ſurgent
Qui pluuias alias etiam in regione notabis
Aſſore non omni. nãq; eſt tunc hymber in aruis
Aſt ubi ſe taurus ſinuatis cornibus effert
Grãdine ſignificat geminis tranquilla ſereni
Et placidum nautis ſpondet cœlũq; fretũq;
Nubila atq; hymbres æſtus ac frigora miſcet
Certior ardor erit quãuis iuuet aura fauoni
Cum uaſti calida radiabit ſede leonis
Templa ſed ætherei ſimul ac poſſederit ignis
Omnia mixta feret: pluuias meditabitur ingens
Vndiq; grando uenit rumpuntur culmina nimbis
Centauri attigerit cũ iam cyllenius arcus
Aut ubi conſurgit capricornus & ipſe biformis
Aut ſubitos cœlo deducet crebrius hymbres
Fulminis aut iactu magnũ perrumpit olympum
Nulla ſerenato capricornus nubila cœlo
Comperat aut gelidos flatus cœliq; fragores
Non alio melius ſigno prædicere poſſis
Piſcibus hæc eadem quãuis cognoſcere fas ſit
Quandoquidem exoritur mundo cyllenius ignis
Quid faceret primum modo cum lumine ſolis
Tempus & occaſus moneat quoq; diſcere phœbi
Ver erit hybernis totum execrabile nimbis
Et crebo tonitru iũget florentia rura
Speſq; noue ſegetis quatientur grandinis ictu
Vretur cœlum magni cũ regna tonantis
Ingrediens pecudis ingreditur aurea terga
Hinc & agenarei ſtellantia cornua tauri
Quid ue ferant gemini rapido quid ſydere cancer
Si penitus quæras taurum ſæuire uidebis
Grandine nec contra ferri ratione probanda
Aut cancro aut geminis calidus ueſtigia ſeruat
Hic quo dicta leo ſæuiſq; caloribus ardet
Flatus at geminis miſcet tranquilla ſerenis

Spiciferæ q; manu tendenti libera nutu
Dissentit diuæ: sed ut hæc uentura serena
Nunciat & uentis cessat mare cessat & aer
Scorpios in pluuias rarus sed nubibus atris
Creber agit nimbos & sæua tonitrua portat
Clara sagittiferi tetigit cum lumina signi
Aegocero semper cœlo leuis excidit hymber
Frigidus at rapidis horrebit aquarius euris
Brumalesq; dabit pluuias atq; igne perenni
Cum sonitu quatiet nubes secura laboris
Non frustrans animũ certo me limite ducat
Hæc eadẽ tibi signa dabunt non irrita pisces



s Olem per seipsum cõstat moueri: nõ cum mundo uerti: sed in zodiaci circuli obliquitate cursũ peragrare paulo superius diximus: qui dũ p trecentos sexaginta quinq dies: & quadrãtẽ zodiaci lustret. & singula tricenis dieb⁹ denisq horis ac semisse idest dimidia hora transcurrat: in cremento dimidiarũ horarũ quarto anno unũ diem complet quẽ bisextum nũcupãt: qui dies cõficitur ex quadrãtib⁹. Nam cũ duodecies semis sex horas integras faciant idest quadrãtem Hic quadras quater ductus uiginti quattuor horas perfecit. idem unũ diẽ cũ sua nocte complet: & in quarto bisextum ut præfati sumus efficit. Sol interea dũ igneus sit præ nimio motu conuersionis suæ amplius incalescit. cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri. & econtrario elemento uirtutem luminis & caloris accipere: Vnde uidemus eum sæpius madidũ atq rorantem. Tunc autem eclypsim patitur quod latine defectio dicitur quotiens luna .xxx. ad eandem lineam qua sol uehitur peruenit: eiq se obiiciens eum obscurat: unde deficere nobis uidetur: cum ei orbis lunæ opponitur. Signa enim tẽpestatis uel serenitatis hoc modo astrologi mundi cognoscẽda esse dixerunt. Virgilius nãq ait: Si sol in ortu suo maculosus sit atq sub nube latens: aut si dimidia pars eius apparuerit hymbres futuros. item uarro ait: Si exoriens concauus uideatur: ita ut e medio fulgeat & radios faciat partim ad aquilonem pertim ad austrum tempesttatem humidam & uentosam futuram innuit. item si sol inquit rubeat in occasu sincerus dies erit. si palleat tempesttatẽ significat. Nigidius quoq ait si pallidus sol in nigras nubes occidat: aquilonem uentũ significat. Hunc etiam græci apollinem appellauerunt. a quo se spiritum accipere arbitrantur. Apollon enim græce latine perdens dicitur q feruore suo omnem succum uirentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam diuinationis deũ esse uoluerunt. siue quod sol omnia obscura manifestat in luce: siue quod in suo processu & occassu eius orbita multimodos siguificationum monstret effectus. sol dicitur aut ex eo q solus sit. aut q solito per dies surgat & occidat. Hunc etiã sine barba pingunt quia occidendo & nascendo semper est iunior: siue q nũquam in sua uirtute deficiat: ut luna quæ crescit aut minuitur. Huic quoq illam ob causam q aut qua-

dripartitis tẽporum uarietatibus anni circulũ peragat: ideſt uerni æſtatis autumni & hiemis. aut ꝙ quadripartito limite diei metitur ſpatium. Vnde & ipſis equis condigna nomina poſuerunt ideſt eritheus actheon lampros & philogæus: Eritheius græce ruber dicitur. ꝙ a matutino lumine rubicundus exurgat. Acteon lucidus dicitur ꝙ tertia hora inſtante lucidior fulgeat. lampros uero lucẽs uel ardens dicitur qđ fit dũ ad umbilicum diei contra arcticum conſcenderit circulũ. philogæus græce terram amans dicitur ꝙ hora nona procliuior uergens occaſui pronus incumbat.



Vna terris uicinior est q̃ sol: siue q̃ cætera errantia sy-
I dera. Vnde & breuior orbe celerius pagit cursũ suum
Nã iter qđ sol in trecentis & sexagintaq̃nq; dieb⁹ &
sex horis peragit: luna ĩ uigintiseptẽ diebus & octo horis per currit. singula uero signa sol tricenis dieb⁹ & denis horis ac semisse. luna aũt binis diebus & semis hora bisse unius per labitur. Vnde fit ut quantum spatii in zodiaco luna percurrit: tantum sol in tresdecim diebus expleat. Hanc quidam philosophorum dicunt proprium lumen nõ habere: globiq; eius unam partem esse lucifluã: aliam uero obscuram & paulatim se uertendo diuersas formas efficere. Alii contra aiunt lunã globum suum habere: sed ignem a sole concipere: & quãtum percutitur ardescere: & q̃ntum a sole discedit augeri. Cum uero contrasteterit feritur ex aduerso & uelut speculum non uim sed imaginem reddit: unde & defectum patitur: si inter ipsam & solem umbra terræ interueniat. Hac enim crescente uniuersa gignẽtia pubescunt: tenuescẽte tenuantur. humor etiam & spiritus omnis augescit: tumescit oceanus. quod diuerso cæli & uagantium stellarum temperatur: atq; deteritur & infra fluit: id excipit luna & soli tradit. quo et animalia rugescunt & humus quodãmõ animatur genitali calore. & ut ita dixerim uiua plurimum ualent in originibus quam in ortu sunt. languent in occasu. ortum facit in stella quam sol præterit: deinde statione matutina cum a quinto loco solis steterit in eodem manet signo donec ab eodem sole moueatur: quæ contraria est soli mane occidit. oritur simul nocte & uocatur cronicos: Deinde rursus altro latere a quinto signo depræhensa post meridiana stationem facit donec ingresso sole idem signum sub radiis eius delitescit et in totum occidat: aspiciunt inter se stellæ ex tertio signo quod dicitur trigonum & habent maxime cõfusionem. item a quarto signo quod tetragonon & centron uocatur: & in alterutrum maxime præstant effectum. item ex cõtrario qđ est septimũ signũ & diametron uocatur estque maxime aduersum cætera diffident uel leuiter aspiciunt ut sextum qđ dicitur exagonon. Signa tropica peregrinis nationibus præsunt et omnino motibns & consiliis subinde uariantur: atq; permutantur biformia generatione rerum omnium repetitionẽ significanr: &

interim dilationem solida uæhementer & instanter effici-
unt & ad exitum uel prospera uel aduersa perducunt sicut a-
spitiuntur a stellis uel fauentibus uel repugnantibus. iam ue
ro quia de eius cursu uel ordine sub breuitate diximus: re-
stat ut quid de ea gentiles senserint edicamus. luuam genti-
les dianam germanam solis quem apollinē nuncupabant fuis
se dixerunt: & sicut a sole spiritum ita se a luna corpus accipe
re arbritabantur. Dicebāt enim eam uiarum præsidem: & uir-
ginem eo quod in uia nihil pariat. idcirco igitur ambo sagit-
tas habere dicūtur: quod ipsa duo sydera de cœlo radios usq
ad terram emittant: ideo faces: quia luna illuminat: sol & illu
minat & esurit. ideo bigam luna dicitur habere siue propter
uelocitatem: siue pro eo qđ nocte & die apparet. ideo unum
equum album & alium nigrum dicitur habere: eo ꝙ hieme
& æstate plus luceat q̄ uere & autumno. Diana autem lu-
na dicta est quasi diana eo ꝙ die ac nocte apparet ipsa & luna
eo quod luceat: Et triuia eo quod tribus fungatur figuris
de qua uirgilius ait: Tria uirginis ora dianæ. nam eadē luna
eadem diana: eadem proserpina uocatur: idest cælestis: terre
stris: & infernalis: De qua quidam deniq cum luna est sublu
stris splendet amictu. Cum succincta iacet calamis lathonia
uirgo est. lunam uoluerunt etiam apud inferos proserpinam
seu quod nocte luceat: siue ꝙ humilior currat & terris præ-
sit. unde bigā bou hēre dr: illo uidelicet pacto quo detrimēta
eius: non solum terra sed & lapides uel crebra animantium: &
quod magis incredibile sit etiam letamina sentiunt: quæ i lu-
næ incrementis eiecta uermiculos parturiant. ipsam dianam
dictam nemoribus uolunt simili modo quod arborum ac fru
cticum succo augmenta inducat. Deniq crementis lunæ ab-
scissa ligna furfurateis tinearum terebra manibus fistula scūt
Nemoribus quoq adesse dicit ꝙ oīs uenatio plus nocte q̄ die
dormiat. Endimionem uero pastoré amasse dr duplo scilicet
mō seu ꝙ primus hominū endimion cursū lunæ inuenerit un
& triginta annos dormisse dr: quia nihil aliud in uita sua ni-
si repertioni studuit sicut mnaseas in primo libro de europa
scribens tradidit. siue quod endimionem amasse fertur: quia
nocturni roris humor qui est syderum quoq ipsius lunæ ani-
mandis herbarū succis insudat & pastoralibus ꝓsūt successibus

Præterea ſigna tẽpeſtates uel & ſerenitatis in ea uideri poſſe antiqui dixerunt. Nigidius ait: ſi luna in ſummo circulo maculas nigras habuerit in primis ptibus menſis: hymbres futuros ſignificat. ſi in medio tunc cũ plena ſit in eo corniculo ſerenitatem. Cæterũ ſi rubet quaſi aurũ: uentos oſtẽdit. fit enĩ uentus ex aeris denſitate obducta ſol & luna rubeſcunt. Item ſi cornua eius tetra fuerint nebula: tempeſtas futura eſt. Aratus autem dicit: ſi aquilonium cornu lunæ ẽ correctius aquilonium imminere. Item ſi cornu auſtrale ſit erectius notũ imminere. Quarta autem luna index futurarum certiſſima habetur aurarum. Vnde & uergilins: ſi in ortu quarto nanq; is certiſſimus autor.

BRVMA IN FAVONIVM

Cæſari nobilia ſydera ſignificãt tertio kal. ianuarias
a matutino canis occidet: quo die attice & finitimis regionibus aquila ueſpere occidere traditur. Pridie nonas ianuarias cæſari delphin⁹ matutino exorit̃: & poſtero exoritur fidicula qñ ſagitta ueſpi occidit. Item quĩto idus ianuarĩas eiuſdem delphini ueſpertinus occaſus & continui dies hiemis italiæ cum ſol in aq̃rium ſentit̃ trãſire: quod fere. xviii. kal. febr̃. euenit. viii. febr̃. regia ſtella appellata tuberone ĩ pectore leonis occidit matutino. & p̃die nonas febr̃. fidicula ueſperi occidit.

Fauonio in æq̃noctiũ cæſari ſignificãt. iiii. kal. mart.
a q̃triduũ uarie. &. viii. kal. mart. hirũdinis uſus: & poſtero die arcturi exortus ueſptin⁹. Itẽ nonas mart. cæſar cancri exortu id fieri obſ̃uauit. viii. id⁹ mart. aq̃lonis piſcis exortus: & poſtero die orionis exortus: & in attica miluus apparere obſeruat̃. idib⁹ martiis cæſar ferales ſibi notauit ſcorpionis occaſus. iii. kal. ap̃lis italiæ miluus oſtendit̃. xii. kalẽ. ap̃les equus occidit matutino.

Equinoctiũ uernũ. viii. kal. ap̃lis pagi uidet̃. Ab eo ad
a uergiliarũ exortũ matutinũ cæſari ſignificãt. iii. nonſ ap̃lis in attica uergilie ueſpere occultant̃. Itẽ poſt p̃die nonas ap̃les in boetia & caldeis orion & gladi⁹ eius ĩcipiũt abſcõdi. cæſari. vi. kal. ap̃lis ſignificat hymbres libræ occaſ⁹. xiiii kal. maias ſuculæ occidũt ueſpe ſydus uehemẽs & terra ma-

ricꝫturbidũ.xvi.kal.maias in attica occidunt uespi:cæsari.xv kal.maias q̃triduũ significãt.xii.kal.maias assyriis sucule ocɗ cidũt uespi qđ uulgo appellat́ sydus pariliciũ:qm̃.xi.kal.mai as urbis romæ natalis hétur:quo fere serenitas reddit́.clarita té obseruatiõis:mẽbrorũ augmento.hyadas appellantib⁹græ cis qđ nr̃i a similitudine cognominis uocabulũ eis stellis ꝓpt́ sucos impositũ arbitrant imperiti appellauere sucidas cæsari viii.kal.maias notantur dies.vii.kal.maias ægypto hædi exo riuntur.vi.kal.mai.boetiæ & atticæ canis uespere occultatur & fidicula mane oritur.v.kal.maias.assyri⁹otion tot⁹ abscõdi tur.Quarto aũt kal mai.assyri⁹canis.vi.nonas maias cæsari su culæ matutino exoriuntur.&.viii. id⁹mai. capella pluuialis. ægypto aũt eodé die canis uesperi occultatur. Sic fere in.vi. idus mai.qui est uergiliarũ exortus decurrũt sydera.

Vergiliarum exortu signicant cæsari.post pridie idus a mai.arcturi occasum matutinũ.iii.id⁹mai. fidicule ex ort⁹.xii.kal:iunias capella uespi occidit.& in attica ca nis.xi.kal.iunias cæsari orionis gladi⁹occidere ĩcipit.iii.non̄. ĩunias assyri⁹aq̄la oritur uespi.vii.id⁹iunias arctur⁹matutino occidit italiæ.q̃rto id⁹iunias delphin⁹ oritur ĩægypto.xi.kal. iulias eiusdẽ orionis gladi⁹ cæsari occidere ĩcipit:viii.kal.iuli as longissim⁹dies toti⁹ãni:& nox breuissima solstitiũ cõficit.

Solstitio ad fidicule occasum.vi.kal.iulias cæsari ori a on exoritur:zona autem eius assiriis.iiii.nonas iulias ægypto uero eadem die procyon æstuosus matutino orit́.ꝙ sydus apud romanos non habet nomen nisi canicula quá uolum⁹ intelligere minoré canem ut ĩn astris pingit́ ad æstũ maxime pertinẽs:sicut paulo post docebimus.iiii.nonas iulias caldeis corona occidit matutino.atticæ orion totus ea dem die exoritur.pridie idus iulias.ægypto orion desinat exo riri.xv.kal.augustas assyriis chyron exoritur.Deinde post tri duum fere ubiꝗ confusus inter omnes sydus indicans ꝙ ca nis ortu uocatus.sole partem primam leonis ingresso cũ fit solstitium ꝙ sidus accendit solem & magnam æstus obtinẽt causam.xvi.kal.aug.ægipto aquila occidit matutino athesi arũꝗ podromi flatus incipiunt ꝙ cæsar.x.kal.aug.sentire ita liã existimauit aquila atticæ matutino occidit.viii. idus aug. arcturus medius occidit .iii.idus august.fidicula occaso suo

autumnum inchoat: aut annotat. sed uera ratio id fieri inueuit pridie idus aug. equus orit͂ uesperi: & cesari ægypto delphinus occidit. xi. kal. septembres assyriis stella quæ ante uindemiator appellatur exoriri mane incipit: uindemiæ maturitatem promittens: cuius argumento erunt agni colore mutati: & assyriis. v. kal. sept. sagitta occidit: ethesiæq; desinunt. Ante uindemiator ægypto nonis septembribus orit͂. Atticæ arcturus matutino: & sagitta occidit mane. v. idus sept. cæsari capella oritur uesperi. Arcturus uero pridie idus sept. hymbres uehementissimos significat: terra mariq;. Ratio eius hæc traditur: si delphino occidente hymbres fuerint nō de futuri sūt p arcturū eius signi ortū seruat hirundinū habitus. nanq; deprebense intereunt. xvi. kal. octobres ægypto spica quā tenet uirgo oritur matutino ethesiæq; desinuntq;. xi. kal. octobres cōmissura pisciū occidit: ipsūq; eq sydus. viii. kal. octob. iii. kal. octob. hædi oriunt͂. kal. octobribus capella matutino exoritur vi. nonas octob. atticæ corona exorit͂ mane. v. nonas oct. emochus occidit matutino. iiii nonas. oct. cæsari corona exoriri incipit: & pridie nonas occidūt: hedi uesperi. viii. idus oct. cæsari fulgens in corona stella exorit͂: &. iii. idus. uergiliæ uesperi exoriūtur. xviii. kal. nouēb. suculæ uespi oriunt͂. pdie kal. nouēb. cæsari arcturus occidit. & suculæ exoriūt͂ cū sole. iiii. non. nouēb. arcturus occidit uespi. & idus nouēb. atticæ uergiliæ occasu suo hiemē ichoāt. v. idus orionis gladius occidere icipit. deide. iii. idus uergiliæ occidūt: occasum matutinū uergiliarū hestodes. natura huius quoq; nois hestodis astrologiā tradidit fieri.

i N æquinoctio autūni cōfitet͂ q̃ tales. xxv. dies ab æquinoctio anaximāder. xxxi. eucthemon. xlviii. nos āt seqntes obs̄uationē cæsaris. xlv. die ab eqnoctio dicimus fieri.

a Nte oia aūt duo esse noia cœlestis iniuriæ meminisse debemus. Vnū qd̄ tēpestates uocamus: in qbus grādines pcellæ: cæteraq; similia itelligunt͂: quæ cū plenilunio acciderint ui maiore impelluntur. Hæc ab horridis syderibus exeunt ut sepius diximus ueluti arcturo orione hædis. Alia sunt illa quæ silente cœlo serenis noctibus fiunt nullo sentiente: nisi cum facta sunt publica & magne sunt differentiæ a prioribus: aliis rudiginem: aliis uredinem: aliis caliginem impellentibus. omnibus uero sterilitatem. De his nūc dicemus

quæ ante nos a nullo sunt prodita: priusq; causas reddem⁹ eorum quæ sunt præter lunarem: & quæ paucis cœli locis cõstãt Nanq; uergiliæ primatũ tenent ad fructus: quarum exortu æstus incipit: occasu hiems: sementis spaciũ intra se: & messes uĩdemiasq; & omniũ maturitatem amplexant̃. Est præterea ĩn cœlo qui uocat̃ lacteus circulus etiam uisu facilis. hui⁹ defluo uelut ex ubere sata cuncta lactescunt: dum syderum obseruatĩone notabilis aquilæ in septẽtrionali parte & ĩ austrina canicule: cuius mentioné suo loco fecimus: ipse circul⁹ fertum p sagittariũ atq; geminos solis cẽtro æquinoctialem circulum secans cõmissuras eorum obtinens: hinc aquila illĩc canicula. ideo effectus utriusq; ad omnes frugiferas pertinent terras: qm̃ in his tm̃ locis solis terræq; contraria congerunt. Igitur horum syderum diebus si purus atq; mitis aer genitalem illum lacteumq; succum transmittit in terras: læta adolescunt sata: si luna qua dictum est ratiõe residuũ frigus aspersit: ammixta amaritudo ut in lacte purpureum necat modos ĩn terris: huius iniurie facit in quacunq; connexitate comitat⁹ utriusq; causæ. & ideo non parit̃ in toto orbe sentitur: ut dies. Aquilam diximus ĩn italia exoriri. xiii. kaleñ. ianuarias: nec patitur rõ nature quicquã inficiari: cum dies sit certe speciei. Si uero interlunium incidat omnes hibernos fructus ledi necesse est. Rudis fuit priscorum uita: atq; sine literis: non minus tamen ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparuit: q̃ nunc est ratio. Tria nanq; tempora fructus metuebant: p pter quod instituerũt ferias: diesq; festos: rubigalia: foralia: uinalia. rubigalia nũma cõstituit ãno regni sui. xi. q̃ nũc agũtur: quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus uarro dẽterminauit: sole tauri partem decimam obtinente: sicut tunc ferebat ratio. sed uera causa est q̃ post. xxi. ab æquinoctio uerno: idest p quatriduũ uera gentiũ obseruatione: in iiii. kal. maii canis occidit sydus: & per se uehemens: & cui præ occidere caniculã necesse sit. itaq; eadem floralia. iiii. kal. eiusdẽ instituerunt urbis anno. clxvi. ex oraculis sibillæ ut omnia bene deflorescerent. hunc diem uarro determinauit sole tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduo inciderit pleniluniũ fruges & omnia quæ florebunt lædi necesse erit. Vinalia priora ante hos dies sunt. Idem. ix. kal.

mart.de gustandis uinis instituta nihil ad fruct⁹ attinet:neq̧ adhuc ut diximus ad uites deasq̧:qm̃ earum cõceptus ab exortu uergiliarum incipit:idest a.vi.idus maii:ut supra docuimus.aliud hoc quatriduũ est quo neq̧ rorẽ sorberi uelim exhauriente frigido sydere arcturi quod postri die occidit: & multo minus pleniluniũ incidit.iii.nonas iunias iterũ q̧ aquila exoritur uesperi:quæ dies decreta est florentibus oleis uitibusq̧ si pleniluniũ incidat.equidem & solstitium.viii.kal.iulias in simili causa duxerim & canis ortum post dies a solstitio.xxiii.sed interlunio incidente:qm̃ uapore cõstat culpa ab iniquo præquoquunt̃ calore.Rursus pleniluniũ nocet.iiii.nonas iulias:cũ egypto canicula exoritur:uel certe.xvi.kal. aug. cum aquila occidit usq̧ i.x.kal.eiusdem.Extra hos casus sũt uinalia altera quæ agunt̃ xiiii.kal.sept.ut ait uarro:& fidicula incipiens exoriri mane determinat quod uult initiũ autũni esse:& hunc diem festum tempestatibus inhibendis institutum:tunc fidiculã occidere.vi. idus aug. obſuatur. Intra hæc constat cælestis sterilitas:neq̧ negauerim posse eam ꝑmutare legentium locorum æstuantium naturas:& a nobis rationem esse demonstratam satis est reliq̃ obseruatione cuiusq̧ constabunt.Altera ũtrum quidem fore in causa:hoc est reliqua obseruatione plenilunium aut interlunium non erit dubium:& hoc mirabili nature benignitate succurrit iam primũ hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse ꝓpter statutos syderum cursus:nec nisi paucis noctib⁹ anni: ad quod qñ sit futurum facile noscit̃:ac ne per omnes menses teneret̃ earum lege diuisum æstate interlunia: preter qd̃ biduo secura esse hieme plenilunia:nec nisi æstiuis breuissimis noctib⁹ metui diebus non idem ualere præterea tam facile ĩtelligi ut formica minimũ animal interlunio quiescat:plenilunio operet̃. & etiã noctibus auem paruam orientis porphyrionẽ ipsa die non apparere:& donec occidant hædi uel orion non prodire usq̧ ad diem solstitii.Neutrũ uero lunæ statũ noxiũ esse: ne noctibus quidem nisi serenis:& omnibus uere quiescentibus qm̃ neq̧ in nube neq̧ in flatu cadunt rores: sic quoq̧ nõ sine remedio sarmenta aut platearum aceruos:& euulsas herbas fruticesq̧ per uineas camposq̧ cum timebis incendito & fumus medebitur:hic e paleis contra nebulas est auxiliator:ti-

bi nebule nocent. Quidam tres cancros uiuos cremari iubēt ut carbunculus non noceat. Alii siluestrem carnem liuit̃ uri ut a uento per totam uineam fumus dispergat̃. Varro autor ē quia si fidiculæ occasu: quod est initium autumni una picca consecretur int̃ uites minus noceant tempestates. Archibius ad antiochum regem syrie scripsit: si sextili nouo obruatur rubeta rana inmedio segete: non esse noxias tempestates.

u Ertices extremos circa quos cœli spera uoluit̃ polos nuncupauere. e quibus unus est septentrionalis: q̧ boreas appellat̃: qui nunq̃ occidit. Alt̃ australis: qui terre obiectus a nobis nunq̃ uidetur. Et austronothus dicit̃: quē quidam dicunt esse thetim oceani uxorem nutricem iunonis quæ fingitur ī oceano ꝓhiberi occidere. Hæc habet stellas in capite septem non claras: in utraq; aure duas: in harmo unā: in pectore claram unam: in pede priori unam: ī femore posteriori duas: in pede extremo posteriori duas: in cauda tres: sūt omnes. xx.

M. TVLII CICERONIS FRAGMENTVM ARATI PHAENOMENON.

Quibus hinc ſubter poſſis cognoſcere fultum
Iam cœli mediam partem terit ut prius ille
e Chelæ cum pectus quod cernitur orionis
Et prope conſpiciens paruum ſub pectore claro
Andromedæ ſignum deltoton dicere graii.
Quod ſoliti ſimili quia forma littera claret
Huic ſpatio ductum ſimili latus extat utrunq;
At non tertia pars lateris nam non minor illis
Sed ſtellis longe denſis præclara relucet
Inferior paulo eſt aries & flamen ad auſtri
Inclinatior atq; etiam uæhementius ille
Piſces quorum alter paulo prælabitur ante
Et magis horriſonis aquilonis tangitur alis
Atq; horum & caudis duplices uelut eſſe cathenæ
Dices aut diuerſæ per lumina ſerpunt
Ad quæ unam tamen in ſtella cõmuniter hæret
Quam ueteres ſoliti cæleſtem dicere nodum
Andromedæ læuo ex humero ſiqua exere perges
Ad poſitum poteris ſupra cognoſcere piſcem
E pedibus uatum ſummo ioue perſeus es
Quos humeros retinet de fixo corpore perſeus
Quã ſumma ab regione aquilonis flamina pulſat,
Hic dextram ad ſedes intendit caſiopææ
Diuerſoſq; pedes uinctos talaribus aptis
Puluerulentus uti de terræ lapſus repente
In cœlum uictor magnum ſub culmine portat
At propter læuum genus omnis ex parte locatas
Paruas uergilias tenui cum luce uidebis
Hæ ſeptem uulgo perhibentur more uetuſto
Stellæ: cernuntur uero ſex undiq; paruæ
At non interiiſſe putari conuenit unam
Sed fruſtra temere a uulgi ratione ſine ulla
Septem dicier ut ueteres ſtatuere poetæ
Aeterno cunctas æuo qui nomine dignant
Alcyone meropeq; celeno Taygeteq;
Electra ſteropeq; ſimul ſanctiſſima maia

Hæ tenues paruo labentês lumine lucent
Ad magnum nomen signi clarumq; uocatur
Propterea quod & æstatis primordia clarent
Et post hyberni præpandens temporis ortus
Admonet ut mandent mortales semina terris
Inde fides leuiter posita & conuexa uidetur
Mercurius paruus manibus quam dicitur olim
Infirmis fabricatus in alta sede locasse
Quod genus ad læuum nixi delapsa resedit
Atq; interflexum genus & caput alitis hæsit
Nanq; est ales auis lato sub tegmine cœli
Quæ uolat & serpens geminis secat aera pennis
Altera pars huic obscura est & luminis expers
Altera nec paruis nec claris lucibus ardet
Sed mediocre iacit quatiens e corpore lumen
Hæc dextram cephei dextro pede pellere palmam
Gestit iam uero clinata est ungula uæhemens
Fortis equi propter pinnati corporis alam
Ipse autem labens multis equus ille tenetur
Piscibus: hinc ceruix dextra mulcetur aquarii
Serius: hæc obitus terrai iussit equinis
Quá gelidum ualido de corpore frigus anhelans
Corpore semifero ná capricornus in orbe
Quem cum perpetuo uestiuit lumine titam
Brumali flectens contorquet tempore cursum
Hoc cauere in pontum studeas committere mense
Nam non longinquum spatium labere diurnum
Non hyberno cito uoluetur curriculo nox
Humida non sese uestris aurora querelis
Ocyus ostendet clari prænuncia solis
At ualidis iæquor pulsauit uiribus auster
Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus
Sed tamen iam anni labuntur tempore toto
Nec cui signorum cedunt neq; flamina uitant
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus
Atq; etiam super hos naui pelagoq; uagato
Mense sagittipotens solis cum sustinet orbem
Nam iam cum minus exiguo lux tempore præsto est

Hoc signum ueniens poterunt prænoscere nautæ
Iam prope præcipitante licebit uisere nocti
Vt sese ostendens ostendat scorpios alte
Posteriore trahens flexum ne corporis arcum
Iam supera cernes arcti caput esse minoris
Et magis erectum ad sūmū uersarier orbem
Tum sese orion toto iam corpore condit
Extrema prope nocte & cepheus conditur ante
Lumborum tenus a prima depulsus ad undas
Hic misso reuocans fulgens iacet una sagitta
Quā propter nitens pinna conuoluitur ales
Et clinata magis paulo est aquilonis ad auras
At propter se aquila ardente cum corpore portat
Igniferum mulgens tremebundis æthera pinnis
Non minus ingenti cum corpore sed graue moestis
Ostendit nautis perturbans æquora signum
Tum magni curuus capricorni corpora propter
Delphinus iacet aut nimio lustratus nitore
Præter quadruplicis stellas in fronte locatas
Quas interuallum binas disterminat unum
Cætera pars læta tenui cū lumine serpit
Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco:
Sunt inter partes gelidas aquilone locatas
Atq; inter spatium & læti uestigia solis
At pars inferior delphini fusca uidetur
Inter solis iter simul inter flamina uenti
Viribus erumpit qua sūmi spiritus astri
Exinde orion obliquo corpore nitens
Inferiora tenet truculenti corpora tauri
Quem qui suspitiet in cœlum nocte serena
Læte dispersum non uiderit audita uero
Cætera se speret cognoscere signa potesse
Nanq; pedes subter rutilo cum lumine claret
feruidus ille canis stellarum luce refulgens
Hunc tegit obscuris subter præcordia uesper
Ver toto spirans de corpore flammam
Aestiferos ualidis erumpit flatibus ignes
Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor

Hic ubi se pariter cum solem lumina cœli
Extulit aut patitur filiorum tegmine frustra
Suspensos animos arbusta ornata tenere
Nã quorum stripis tellus amplexa præhendit
Hæc augens anima uitali flamina mulcet
At quorum nequeunt radices findere terras
Denudat foliis ramos & cortice truncos
Hunc propter subterq̧ pedes quos diximus ante
Oriona iacet leuipes lepus hic fugit ictus
Horrificos metuens rostri tremebundus acuti
Nam canis infesto sequitur uestigia cursu
Præcipitantem agitans oriens iam deniq̧ paulo
Curriculum nũquam defesso corpore sedans
At canis ad caudam serpens prælabitur argo
Conuexam præ se portans cum lumine puppim
Non aliæ naues ut in alto pondere proras
Ante solent rostro neptunia prata secantes
Sed conuexa retro cœli semper loca portat
Sicut cum coeptant tutos constringere portus
At canis ad caudam
Obuertunt nauẽ magno cum pondere nautæ
Aduersamq̧ trahunt optata ad littora puppim
Si conuersa uetus subter æthera uertitur argo
Atq̧ usq̧ a prora ad cœlum sine lumine malum
At malo ad puppim cum lumine clara uidetur
Inde gubernaculum disperso lumine fulgens
Clari posteriora canis uestigia condit
Ex in sæmotam procul in tutoq̧ locatam
Andromedam tamen explorans fera querere pistrix
Pergit & usq̧ insitam ualidas aquilonis ad auras
Cerula uestigat finita in partibus astra
Hanc aries tegit & squãmosi corpore pisces
Fluminis in lustri tangentem corpore rippas
Nãq̧ etiam eridanũ cernes in parte locatum
Cœli funestum magnis cum uiribus amnem
Quæm lachrymis mœstæ phaethontis sæpe sorores
Sparserũt lætum mœrenti uoce canentes
Hunc orionis sub læua cernere planta

Serpentem poteris proceraqꝫ uincula uidebis
Quæ retinens pisces caudarum parte locata
Flumine mixta retro ad pistricis terga reuerti
Hanc una stella nectuntur quam iacit ex se
Pistricis spinæ ualida cum luce refulgens
Exinde exiguæ tenui cũ lumine multe
Inter pistricem fusæ sparsæqꝫ uidentur
Atqꝫ gubernaclum stellæ quas contigit omnis
Formidans acrem morsum lepus: his neqꝫ nomen
Nec formam ueteres certam statuisse uidentur
Namqꝫ sideribus claris natura poliuit
Et uario pinxit distinguens lumine formas
Hæc ille astrorũ custos ratione notauit
Signaqꝫ signauit cælestia. nomina uero
Has autem quæ sunt paruo sub culmine fusæ
Consimili specie stellas pariliqꝫ nitore
Non potuit nobis nota clarere figura
Exinde australem soliti conuincere piscem
Voluitur inferior capricorno uersus ad austrũ
Pistrem obseruans ꝓcul illis piscibus hærens
Et ꝓpe conspicies expertis nominis omnes
Inter pistricem & piscem quem diximus austri
Stellas sub pedibus stratas radiantis aquarii
Propter aquarius obscurũ dextra rigat amnem
Exiguo qui stellarum candore nitescit
E multis tamẽ iis duo late lumina fulgent
Vnum sub magnis pedibus cernetur aquarii
Quod supest gelido delapsum flumine fontis
Spinieram subter caudam pistricis adhæsit
Etenus stellæ ꝓhibentur nomine aquarii
Hic alie uolitant paruo cũ lumine claræ
Atqꝫ priore pedum subeunt uestigia magni
Arcitenentis & obscure sine nomine condunt
Inde nempe cernes ꝓpter fulgentis acumen
Aram quam flatu ꝑmulcet spiritus austri
Exiguo superum quæ lumina tempora tranat
Nam procul arcturo est aduersa parte locata
Arcturo magnum spatium super dedit orbem

Iuppiter hunc paruum inferiore in parte locauit
Hic tamen æterno inuisens loca curriculo nox
Signa dedit nautis: cuncti quæ noscere possent
Commiserans hominum metuendos undiqꝫ casus
Nam cum fulgentem cernes sine nubibus atris
Aram sub media cœli regione locatam
A summa parte obscura caligine tectam
Tum ualidis fugito deuitans uiribus austrum
Quem si prospitiens uita ueris omnia caute
Armamenta locans tuto labere per undas
Sin grauis inciderit uæhementi flamine uentus
Perfringet celsos defixo robore malos
Vt res nulla feras possit mulcere procellas
Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem
Cœperit: & subitis auris diduxerit ara
Si numeros medio in cœlo centaurus habebit
Ipseqꝫ cerulea contectus nube feretur
Atqꝫ aram tenui caligans uestiet umbra
Ad signorum obitum uis est metuenda fauonii
Ille autem centaurus in alta sede locatus
Qua sese claro collucens scorpios infert
Hæc subter partem perpotans ipse uirilem
Cedite qui partis properat cōiūgere chelis
Hic dextram pergens quadrupedes qua uasta tenētur
Quâ nemo certo donauit nomine graium
Tendit & illustrem truculentus cedit ad aram
Hic sese inferni se partibus erigit hydra
Præcipiti lapsu flexo cum corpore serpens
Hæc caput atqꝫ oculos torqueri ad terga nepai
Conuexoqꝫ sinu subiens inferna leonis
Centaurum leni contingit lubrica cauda
In medioqꝫ sinu fulgens cratera relucet
Extrema nitens plumato corpore coruus
Rostro tondit & hic geminis est ille sub ipsis
Ante canem graio procyon qui nomine fertur
Hæc sunt quæ uisens nocturno tempore signa
Legitimo cernes cœli lustrantia cursu
Aeternūqꝫ uolens mundi pernoscere motum

Nam quæ per bis sex signorum labier orbe
Quinq; solent stellæ simili ratione notari
Non possunt quia quæ faciunt uestigia cursu
Non eodem semper spatio portata feruntur
Sic malunt errare uagæ per nubila cœli
Atq; suos uario motu metirier orbes
Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos
Cum redeunt ad idem cœli sub tegmine signum
Quare ego nunc nequeo totos euoluere cursus
Verum hæc quæ semper certo euoluũtur in orbe
Fixa simul magno sedem gentibus orbes
Quatuor æterno lustrantes lumine mundum
Orbis stelligeri portantes signa feruntur
Amplexi terra cœli sub tegmine fulti
E quibus annorum uolitantia lumina nosces
Quæ densis distincta licebit cernere signis
Tum magnos orbis magno cum lumine latos
Vinctos inter se & nodis cælestibus aptos
Atq; pari spatio duo cernes esse duobus
Nec sic nocturno cognoscens tempore cœlum
Cum neq; caligans detergit sydera nubes
Nec pleno stellas superaret lumine luna
Vidisti magnum candentem serpere circum
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur
His non perpetuum detexens conficit orbem
Sed spatio multum superes præstare duobus
Dicitur & late cœli lustrare cauernas
Quorum alter tangens aquilonis uertitur auras
Ora petens geminorum illustratum genus ardens
In sese retinens auriga portat utrunq;
Hunc super a læuæ perseus humeroq; sinistro
Tangit ad andromedam hic dextra de parte tenetur
Imponitq; pedes duplices equus & simul ales
Ponit auis caput & clinato corpore tergum
Anguitenẽs humeris connititur illa recedens
Austrum consequitur deuitans corpore uirgo
At uero totum spacium conuestit & orbis
Magnus leo & claro collucens lumine cãcer

In quo consistens conuertit curriculum sol
Aestiuus medio distinguens corpore cursus
Hic totus medius circo disiūgitur ipse
Pectoribus ualidis atq; aluo possidet orbem
Hunc octo in partis diuersum noscere circum
Si potes inuenies supero conuertier orbe
Quinq; pari spatio par tristis esse relictas
Tempore nocturno quas uis inferna frequentet
Alter ab infernis austri conuertitur auris
Arcitenēs humeris connititur illa recedens
Distribuens medium subterfecat hic capricornum
Atq; pedes gelidum riuū fundentis aquarii
Ceruleaeq; feram caudam pistricis & illum
Fulgentem leporem inde pedes canis & simul amplam
Arcolicam retinet crabro cum lumine nauem
Tergaq; centauri atq; napai portat acumen
Inde sagittarii defixum possidet arcum
Hunc a clarisonis auris aquilonis ad austrum
Condens postremum tangit rota feruida solis
Exinde in superas brumali tempore flexu
Se recipit se dehinc orbi quinque tributae
Nocturne partes supera tres luce dicantur
Hosce inter mediam in partem retinere uidetur
Tantus quantus erit collucens lacteus orbis
In quo autumnali atq; iterum sol lumine uero
Exaequat spatium lucis cum tempore noctis
Hunc retinens aries sublucet corpore totus
Atq; genu flexo taurus cōnititur ingens
Orio claro contigens corpore fertur
Hydra tenet flexu crateram coruus adhaeret
Et pauce chelis stellae simul anguitenētis
Sunt genua & summi iouis ales nuncius instat
Propter equus capite & cerui cum lumine tangit
Hosce aequo spatio deuinctos sustinet axis
Per medios summo coeli de uertice tranans
Ille autem claro quartus cum lumine circus
Partibus extremis extremos continet orbes
Et simul a medio media de parte secatur

Atq͡ꝫ obliquus in his nitens cū lumine fertur
Vt nemo cui ſancta manu doctiſſima pallas
Solertem ipſa dedit fabrice rationibus artem
Tam tornare cate contortus poſſidet orbis
Quam ſunt in cœlo diuino lumine flexi
Terram cingentes ornantes lumine mundū
Culmine tranſuerſo retinentes ſydera fulta
Quatuor in motus cuncti uoluuntur eodem
Sed tm̄ ſupera terras ſemp tenet ille
Curriculum oblique inflexus tribus orbibus unus
Quantū eſt diuiſus cancer ſpacio a capcorno
Ac ſubter terras ſpaciū par eſſe neceſſe eſt
Et quantos radios iacimus de lumine noſtro
Quis lunæ cōnixum cœli contingimus orbem
Sextante poterunt ſub eū ſuccedere partes
Bina pari ſpacio cœleſtia ſigna tenentes
Zodiacum hunc græci uocitant. noſtriq͡ꝫ latini
Orbem ſi ſigniferū perhibebunt nomine uero
Nam gerit hic uoluens bis ſex ardentia ſigna
Aeſtiferæ pandens feruentia ſydera cancer
Hunc ſubter fulgens cedit uis torua leonis
Quem rutile ſequitu r collucens corpore uirgo
Ex inpiecte claro cum lumine chelæ
Ipſaq͡ꝫ conſequitur lucens uis magna nepai
Inde ſagittipotens dextra flexum tenet arcum
Poſt hunc ore fero capricornus uadere pergit
Humidus inde loci collucet aquarius orbem
Ex i ſquamiferi ſerpentes ludere piſces
Quis comes eſt aries obſcuro lumine labens
Inflexoq͡ꝫ genu proiecto corpore taurus
Et gemini clarum iactantes lucibus ignem
Hæc ſola æterno conueſtit lumine luſtrans
Annua cōficiens uertentia tempore curſus
Hic quantus terris conſectus pellitur orbis
Tantundē patens ſupra mortalibus edit
Sex omnes ſemper cedunt labentia nocte
Tot cœlum iuſſus fugientia ſigna reuiſunt
Huc ſpacium tranans cœcis nos cōficit umbris

Quod ſupera terras prima de nocte relictum eſt
Signifero ex orbis & ſignorū ordine fultum
Quod ſi ſolis aues aetros cognoſcere curſus
Ortus ſignorū nocturno tempore uiſes
Nam ſemp ſignum exoriens titan trahit unū
Sin autem efficiens ſignis mons obſtruet altus
Aut adiment lucem ceca caligine nubes
Certas ipſe notas cœli de tegmine ſumes
Ortus atq͞ obitus omnis cognoſcere poſſis
Quæ ſimul exiſtant cernes quæ tempore eodē
Præcipitent obitum nocturno tempore noſces
Iam ſimul ut ſupero ſe lumine cancer
Extulit ex templo cedit delapſa corona
Et loca conuiſit cauda tenus infera piſcis
Dimidiam retinens ſtellis diſtincta corona
Partem etiam ſupera atq͞ alia de pte repulſa eſt
Cum tamen inſequitur piſcis nec totus ad umbras
Tactus.ſed ſupero contectus corpore cedit
Atq͞ humoros uſq͞ a genibus clarumq͞ recondit
Anguitenens ualidis magnū a ceruicibus anguem
Iam uere arctophilax non æqua parte ſecatur
Nam breuior clara cœli de parte uidetur
Amplior infernas depulſus poſſidet umbras
Quattuor hic obiens ſecum deducere ſigna
Signifero ſolet exorbitum ſerius ille
Cum ſupera ſeſe ſaciauit luce recedit
Poſt mediam labens claro cū corpore noctem
Hæc obſcura tenens conueſtit ſydera tellus
Dimidiam retinet ſtellis diſtícta corona
Ac parte ex alia claris cum lucibus errat
Orion humeris & lato pectore fulgens
Et dextre retinens non caſſum luminis enſem
Sed cum de terris uis eſt par facta leonis
Omnia quæ cancer præclaro detulit ortu
Cedunt obſcurata ſimul uis maior aquarii
Pellitur a flexo cōfidens corpore nixus
Iam ſupero ferme depulſus lumine cedit
Sed læuū genus atq͞ illuſtrem liquit in altum

Plantam tum contra exoritur clarum caput hydræ
Et lepus & procyon: qui sese feruidus infert
Ante canem inde canis uestigia prima uidentur
Non pauca e cœlo depellens signa repente
Exoritur candens illustria lumina uirgo
Cedit clara fides cylenia mergitur unda
Delphinus simul obtegitur depulsa sagitta
Atq; auis ad summá caudam: primasq; recedit
Pinnas: & magnus pariter delabitur amnis
Hic equus a capite & longa ceruice latescit
Longius exoritur iam claro corpore serpens
Crateraq; tenus lucet mortalibus hydra
Inde pedes canis ostendit iam posteriores
Et post ipse trahit claro cum lumine puppim
Insequitur labens p cœli lumina nauis
Et iam iam toto pcessit corpore uirgo
Hæc medium ostendit radiato stipite malum
At cum procedunt obscuro corpore chelæ
Existet pariter larga cum luce bootes
Cuius in aduersum est arcturus corpore fixus
Totaq; iam supera fulgens plabitur argo
Hydraq; q late cœlo dispersa tenentur
Nondum tota latet non caudam contegit umbra
Iam dextrum genus & decoratá lumine suram
Erigit ille uagans uulgato nomine nixus
Quem nocte extinctum atq; exortum uidimus una
Persæpe ut puum tranans geminauerit orbem
Hic genus & suram cum chelis erigit alte
Ipse autem præceps obscura nocte tenetur
Dum nepa & arcitenens inuisant lumina cœli
Non secum medium pandet nepa tollere uero
In cœlum totum exoriens conabitur arcus
Hic tribus elatus cum signis corpore toto
Lucet: at exoritur media de parte corona
Caudaq; centauri extremo candore refulget
Hic se iam totum cæcas æquus abdet in umbras
Quem rutila fulgens pluma pteruolat ales
Occidit andromedæ clarum caput & fera pistrix

Labitur horribilis epulas funesta requirens
Hanc contra cepheus non cessat tendere palmas
Illa usq; ad spinam mergens se cærula condit
At cepheus caput atq; humeros palmasq; reclinat
Cum uero uis est uehemens exorta nepai
Late fusa uolat: p terras fama negatur
Vt quondam orion manibus uiolasse dianam
Dicitur excelsis errans in collibus amens
Quos tenet ægæo defixa in gurgite echinus
Brachia quā uiridi conuestit tegmina uitis
Ille feras uæcors amenti corde necabat
Oenopionis auens epulas cœnare nitentis
At uero pedibus subito perculsa diane
Insula discessit. disiectaq; saxa reuellens
Perculit & cæcas lustrauit luce lacunas
E quibus ingenti existit cum corpore præ se
Scorpios infesta præportans flebile acumen
Hic ualido cupide uænantem pculit ictu
Mortiferum in uenas fulgens per uulnera uirus
Ille graui moriens constrauit corpore terram
Qua re cum magnis sese nepa lucibus effert
Orion fugiens cōmendat corpora terris
Tum uero fugit andromeda & neptuna pistrix
Tota latet. cedit conuerso corpore cæpheus
Extremas medio contingens corpore terras
Hic caput & superas potis est demergere partes
Infera lumborum nunq̄ conuestiet umbra
Nam retinent arcto lustrantes lumine suo
Labitur illa simul gnatam lachrymosa requirens
Casiopea neq; ex cœlo depulsa decore
Fertur. nam uero contingens uertice primū
Terras post humeros euersa sede refertur.
Hanc illi tribuūt pœnam nereidos almæ
Cum quibus ut perhibet ausa est contendere forma
Hæc obit inclinata at ps exorta corona est
Altera cum caudaq; omnis iam panditur hydra
Ad caput: & totum sese centaurus opacis
Eripit e tenebris linquens uestigia parua.

Scorpius

Añte pedum contecta simul cũ lumine pandit
Ipse feram dextra retinet prolabitur inde
Anguitenens capite & manibus profert simul anguis
Iam caput & sũmũ flexo de corpore lumen
Hic ille exoritur conuerso corpore nixus
Aluum crura humerosq; simul & præcordia lustrans
Et dextre radios læto cum lumine iactans
Inde sagittipotens superas conuisere luces
Institit: & mergit nixi caput: & simul effert
Sese clara fides & promit corpore cepheus
Feruidis ille canis toto cum corpore cedit
Abditur orion obiit simul abditus umbra est
Inferiora cadunt aurigæ lumina lapsum
Crus dextrũq; pedem linquens obit infera perseus
In loca tum cedens a puppi linquitur argo
Inde obiens capricornus ab alto lumine pellit
Aurigam instatéq; capram paruos simul hædos
Et magnam antiquo depellit nomine nauem
Obruitur procyon mergunt alite lapsum
Et terris uolucris existit clara sagitta.

M. tulii ciceronis fragmentũ arati phænonon finit.

QVINTI SERENI MEDICINAE LIBER.
PROHOEMIVM.

m Embrorum ſeries certo deducta tenore
Vt ſtet conſimilis medicinæ defluat ordo
Principio celſa de corporis arce loquamur
Phœbe ſalutiferum quod pangimꝰ aſſere carmẽ
Inuentumqꝫ tuũ prompto comitare fauore
Tuqꝫ potens artus reduces: qui tradere uitas
Noſti: atqꝫ in cœlum manes reuocare ſepultos
Qui colis ægæas: qui pergama quiqꝫ epidaurum
Qui quondã placida tectus ſub pelle draconis
Tarpeias arces atqꝫ inclyta templa petiſti
Depelles tætros p̃ſenti numine morbos
Huc ades: & quicq̃d cupio mihi ſæpe roganti cupido
Firmaſti: cunctũ teneris expone papyris

.II. capiti medendo.

b Alſama ſi geminis inſtillans auribus addas
Tum poteris alacrem capitis reparare uigorem
Vel quæ ſeptenis cenſent̃ gramina nodis
Vtiliter nectis: uel corno ex arbore ſertum
Puleium ue potens una ſuper aure locabis
Aut illud mixto recoquens clement̃ aceto
Caputa nare trahes: ſeu uiſco lintea nexo
Inducis fronti: ſeu trite gramina mentæ
Spongia cum tepidis annexa liquoribus imbris
Profuit: aut hedera frontem tractare minutis
Si nocuit cerebro uiolentia ſolis aperto
Sæpe celydonia ex acido perducta liquore
Sanauit: proſunt: & amica papauera ſomno
Si prius in lento madefacta terantur oliuo

.III. Emigranio medendo emicraneo

p Ortio ſi capitis morbo tentetur acuto
Allia diuerſã lana contecta per aurem
Inducta proſunt: & eodem balſama pacto.
Allia uel ternis piperis terna addita granis
Trita linis: certã dabit hæc tibi cura ſalutem

.IIII. porrigini depellendæ

insensibilis

ſt inſenſibilis morbus: & noxia forma
e Cum caput immenſa pexũ porrigine iũgit plenis pungit
Copia farris uti frendentibus edita ſaxis.
Hanc poterit maluæ radix decocta leuare.
Aut tu fœniculum nitrũq3: & ſulphura uiua
Contere. deinde caput permixtis ablue cunctis,
Furfuribus ue nouis durũ miſcebis acetum,
Vt uarios crines tali de ſanguine purges
Prodeſt & tarda demptus teſtudine ſanguis,
Et prodeſt cedro dimiſſus ab arbore ſuccus.
Deſinet interea glomerari farrea nubes,
Ceſſabitq3 grauis crebrę porriginis imber.
.V. capillo tingendo
Vos pudet ætatis longæ: quos ſancta ſenectus
q Offendit: cupiunt properos abſcondere canos
Et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo
His prodeſt acrõ conthrait cupreſſus aceto contracta
Vel frons lentiſci. uel triſtia poma ſabuci contrita
Lumbrici quoq3 terreſtres miſcentur oliuo
Et iuuenem præſtant rediuiuo flore capillum
Præterea niueum poterit depellere crinem
Rheſina ex facili cæra uiſcoq3 coacta
rutilare crines Ad rutilam ſpeciem nigros flaueſcere crines
Vngento cineris prædixit tulius autor
Si pregnans artus captiui ſoricis edit
Dicuntur fœtus nigrantia lumiua fingi
. VI. phthiriaſi arcende
Oxia corporibus quædã de corpore noſtro
n Progenuit natura abrumpere ſomnos leuis
que soleat paruoq3 bruis incessere morsu, Senſibus: & monitis uigiles intendere curas, mentis
Sed quis non paueat pherecidis fata tragœdi
Qui nimio ſudore fluens animalia tætra
Eduxit. turpi miſerũ quæ morte tulerũt,
Syl[l]a quoq3 infœlix tali languore peſus sylla infelix
Corruit. & fœdo ſe uidit ab agmine uinci,
Sepius ergo decet mordax haurire ſinapi lacrimosa sinapis
Vel nitro: ac ſale pmixtis acidoq3 liquore et fletu factura sinapis
Laxatis ut ſint ſimul allia tangere corpus

Aut lachrymis hedere: aut succo pducere cedri
Quin etiã furfur mixto medicat᷑ aceto,
Vnda maris lendes capiti deducit iniquas
Et quicquid crebri defendit silua capilli,

VII. Prurigini: papulis: & scabiei arcendis.

Llotus sudor, uel copia nobilis escæ
Sæpe graui scabie correptos asperat artus,
Ergo lutũ prodest membris adhibere fricatis
Quod facit ex asino siccatis corporis humor
Nec pudeat tractare fimũ quem bucula fudit
Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis
Sic pauidũ corpus dextra parcente foueto,
Proderit ex oleo puluis quẽ congerit alte
Dulcibus ex latebris patiens formica laborũ,
Conuenit hinc tepido lata tradere corpora soli,
Feruentes papulas oleo curato liquenti
Aut acido bacho miscebis farra lupini
Atq3 hinc in calido percurres membra lauacro,
Pruritus aũt salsos leuat humor aceti
Siue maris rabidi sudor: cocleæq3 minutæ,
Quarum contactum perimet᷑ acerba libido,

.VIII. frenesi & capiti purgando.

X uitio cerebri frenesis furiosa mouet᷑,
Amissasq3 refert frendens amentia uires
Siue calens febris iactatos exedit artus
Siue meri guttus seu frigoris efficit aura,
Conuenit hic calidis pecudum pulmonibus apte
Tempora languentis medica redimire corona,
Illotis etiam lanis suffire memento
Cirratum sæpe horrendi medicantur odores
Atq3 ideo sanos etiã curraríer est par
Purgatur cerebrum missa radice piretri,
Vngitur & succis dederit quos parua sabucus
Expressusq3 hedere mandat᷑ naribus humor
Aut mixtũ rutæ cerebro stillatur acetum
Non semper præsens dolor est saciabilis: esto,
Cura magis pdest uenturis obuia morbis

.IX. de fluore capillorum: & maculis capitis tollẽdis.

Efluit expulsus morbo latitante capillus
d Si raro lauitur, seu uis epota ueneni,
Seu salamandra potens nullisq; obnoxia flãmis
Eximium capitis tactu deiecit honorem,
Nõnunq̃ uariant maculæ, paruisq; parũper
Orbibus aspersum ducit noua uulnera tempus
Vipereæ pellis cinerem his apponito rebus
Roboreas ue pilas ursino, ungito seuo
Vel testudinea mala permulceto cruore

X. humoribus & pstrictionibus medẽdis.

Aepe ita peruadit uis frigoris ac tenet artus
f Vt uix quæsito medicamine pulsa recedat,
Si ranam ex oleo decoxeris, abiice carnem
Membra foue: parili sanat ratione rigorẽ
Vrticæ semen percæptũ frigora uincit
Et ceruina potest mulcere medulla rigorem
Decoctum rhaphani semen cum melle uorabis
Siue fel ursinum tepefacta dilue lympha
Proderit hoc potu seu cassis ostrea testis
Vsta dabit cinerem: qui p sale sumptus in escis
Decutit gelidũ tepefacto uertice uirus,
Nonnullos liquidũ subiit mulsumq; sinapi
Atq; palato agitat parit retinésq; uomensq;
Allia nonnulli mandũt. oleiue liquore
Perfundunt calido cerebrũ, nasiq; latebras,
Quidã lactucę credũt prodesse sapores,
Curandi modus hic & suauis & utilis idem est

XI. elephantiasi ppellendæ

St elephans morbus tristis quoq; nomine dirus
e Non solum turpans infandis ora papillis
Sed cita præcipitans funesto fata ueneno
Huic erit aduersus cedri de cortice succus
Mustelæq; cinis uel fussus sanguis ab illa
Nonnulli dixere serum pdesse bibendo
Mentastri foliũ potu appositúq; salubre est
Nec frustra bulbos & sulphura iũgis aceto
Præterea nitrum debes cũ melle iugatum
Spargere lacte bouis uarias sic iungere frontes

Cærusam: & chartam quam gens ægyptia mittit
Thura simul misceq; oleo qđ flore rosarum
Conditum est: line sic faciem sic redde salutem,

Xii. Cutis & faciei uitiis propellendis

Nuida si maculet faciem lentigo decoram,
i Nec prodesse ualent naturæ dona benignæ,
Erugâ, atq; acidum laticem simul illine malis,
Proderit, & bulbus mellis dulcedinæ uictus,
Cruda ue dulcacido miscebis rapa liquori.
Sanguine uel leporis morbus delabitur oris,
Frons salicis cũ flore suo contrita medetur
Sæpiolæ; cineres ex ossibus omnia tollunt.
Cygneos adipes hilari misceto lyæo
Omne malum propere maculoso ex ore fugabis.
Horrebit si liuor atrox: aut nigra cicatrix,
Attrito sapone genas purgare memento
Rugarum sulcos lentisci mastice tendens;
Si uero uitium est: quod ducit ab impete nomen
Hoc matutina poteris cohibere saliua
Seu folium platani quod mansum manæ domabis
Fœda fluunt curui quæ purgamenta cameli
Vrentur, cineremq; dabunt iungentur aceto
Mascula thura simul: diuinaq; cura ualebit,

.Xiii. Aurium uitiis succurrendis

Vm sæuus, teneras dolor alte sauciat aures
c Fraxinea in flammis fundit quem talea succum
Instillas. siue obscœnos, ex uirgine rores
Aut succum ex folio dederit quem populus alba,
Sæpe celedoniæ sapidum sociatur acetum
Adiũctoq; nitro procedit cura salubris,
Mentastri liquor expressus conducere fertur
Infectum uiolis oleũ bene consulit auri
Annosa rubros si legeris ex arbore uermes
Ex oleo tere. sic tepidos infunde dolenti
Si uero obtrusa sensus morietur in aure
Lumbricos terræ: sæuũq; ex ansere rauco
Excoque uel ueterem poteris depellere morbum
Felq; bouis surdis etiam prodesse loquũtur

Si iungas olidæ graue quod minxere capellæ
Si uero incautas animal penetrauerit aures
Proderit admixto pauidi fel muris aceto
At si lympha nocens peruaserit: Anseris aptus
Immittetur adeps cæparum non sine succo
Quod grauis est oculis sensum tamen auribus auget
Vis & phoebi gentis diuinam discere curam
Sitq̧ uel annosis confecta doloribus auris
Allia tum septem numero: septeq̧ lupinos
Cæruceam dabis intextam: uel delphica frondis
Addatur: mixto totum feruescat aceto
Doctus eris tepido illinc immittere rores

.XIIII: oculorum dolori mitigando

Vmma boni est alacres homini contingere uisus
s Quos quasi custodes defensoresq̧ pericli
Prospitiens summa natura locauit in arce
Sic tamen ut nullos paterentur desuper ictus
Atq̧ supercilio pauidi reteguntur opaco
Sed dolor immeritum lumen si forte lacessit
Lana madens oleo noctu connectitur apte
Viuentis ue nepæ lumen gestatur amicum
Ex folio caulis cineres confractaq̧ thura
Et laticem bacchi fœdæ cum lacte capellæ
Desuper induces atq̧ una nocte probabis
Hyblæi mellis succi cum felle caprino
Subueniunt oculis dira caligine pressis
Vittonitæ mansus siccabit lumina succus
Si tenebras oculis obducit pigra senectus
Expressæ maratro guttæ cum melle liquenti
Detergere malum poterunt: uel uulturis atri
Fella celedoniæ fuerint quis gramina mixta.
Hæc etiam annosis poterunt succurere morbis
Fel quoq̧ de gallo mollitum simplice lympha
Exacuit puros dempta calligine uisus
Aspera quin etiam mulcent & rupta reducunt
Si genus est morbi miserum quod lumen adurit
Hic calor infuso nitescit lacte canino
Anguibus ereptos adipes erugine misce

Hi poterunt raptas oculorum iungere partes
Si uero horrendum ducent glaucomata peplum
Spiritus alterius prodest: qui grana cumini
Pallentis mādens uisus exalat in ipsos
Si tumor insolitus tufos: & gliscit in annis
Turgentes oculos uili circūline cœno

.XV. dentium uitio & oris fœtori medendo

h Aud facile est acrem dentis tolerare dolorem
Quo magis est æquum medicam pernoscere curam
Cum baccho uiolas decoxeris ore teneto
Mansus item prodest succis oleaster acerbis
Hinc obscœdo fugit: linguæ quoq; uulnera cedunt
Cum uino piper & nitro tepidum inde dolenti
Sæpe celedoniæ succo uel lacte capellæ
Sanescunt dentes aut tauri felle iuuantur.
Aut accidi latices clauso uoluūtur more
Manditur apta rubus gingiuis & bona labris
Lentiscus myrtusq; emendant oris odorem
Quod uero assumpsit nomen de dente fricando
Ceruino ex cornu cinis est: aut ungula porcæ
Torrida uel cinis ex ouis: sed non sine uino
Muricis aut toxti: uel bulbi extincta fauilla
Ambitiosa putas sunt ista salubria cunctis
Exesos autem dentes si forte quereris
Vre fimum muris patulis & hiatibus adde
Vel cinerem dentis ceruini extinguere aceto
Conuenit atq; cauis immittere partibus apte
Prodest & puluis lumbrici corpore tosto
Ora ambusta cibo sanabis lacte canino
Sæpe etiam gelida gingiuas collue lympha
Dentibus ut firmum possis seruare uigorem
Si uero infandum proserpit ad intima uulnus
Permisceto salem parili cum pondere thuris
Hinc tractato locum miram experiere medellam
Hæc siccata dabit molles & fracta farinas
Huius & attritu tetrum mulcebitur hulcus

.XVI. Vuæ faucibus: collo: & quæ mollienda sunt medendis

Grescunt teneræ fauces cum frigoris atri
e Vis subiit, uel cum uentis agitabilis aer
Vertitur: atq; ipsas flatus grauis inficit undis,
Vel rabidus clamor fracto cum forte sonore
Planum radit iter, sic est hortensius olim
Absumptus causis etenim confectus agẽdis
Obticuit. Cum uox domino uiuente periret
Et naridum extincti moreretur lingua diserti,
Ergo omni studio quæ res inhibere dolorem
Simplicibus lymphis confonditur aerium mel
Additur excussus niuea simjilagine furfur
Decocta hæc clauso simul exercentur in ore
Præterea fauces extrinsecus ungere prodest
Vrsino tauri sæuo cærisq; remissis
Omnia quæ geminis æquabis lancibus ante
Disce etiam mirã: & humili medicamine curam
Actiaco melli iungas agreste papauer
Decoctúq; simul mandes másúq; uorabis
Crinitæ porri radices quinque coquãtur
Hinc aqua non feruens uoluatur fauce sonora
Nec tamen in stomachum descendit gutta patentem
Si uero afflictam langor deiecerit uuam
Tunc horas aliquot, pnus recubare memento
Aut illam puluis tosti releuabit aneti
Aut cinis ex coclea: uel torrida brassica flãmis
amnem sale sed Anginam uero mixtã sale poscit acetum
mixtũ coptsit actũ. Quod refer clauso uersatum agitare palato

.XVii. de rigore ceruicis

T. si ceruices durataq; colla rigebunt
a Mira loquar: gemin⁹ mulcebitur unguine poples
Hinc longum pariter neruos medicina sequetur
Anseris: aut pingui torrentia colla fouebis
I llinit & ualido multum: aut ceruina medulla
Hoc etiam immotos flectes medicamine neruos
Quos autem uocitant tolles attingere dextra
Debebis qua grillus erit pressante peremptus

.XViii. tussi & coleribus medendis

Oxia si penitus colerum sæuire uenena
n Perspicies cocta latucæ fronde leuabis
Proderit & caules assumere sæpe mādentes
Interdum fauces tussi quatiuntnr atroci *arthricia*
Allia tum sumis decocta: & melle peruncta,
Semina uel rhaphani permixto dulcia melle
Aut si fraxinea semen de fronde reuelli
Interiora uora uetitus contingere dente
Ouum melle teris domitum feruētibus undis
Marubium ue potens. hæc faucibus optima sumes
Frenabisq; grauē facili medicamine tussim,
.XIX. digestioni & stomacho
Vi stomachum regem totius corporis esse *Stomachus rex corporis*
q Contendunt. Vera niti ratione uidentur
Huius enim ualidus firmat tenor omnia membra
at Aut contra eiusdem franguntur cuncta dolore,
Quin etiam nisi cura iuuat, uitiare cerebrum
Fertur, & integros illinc auertere sensus.
Lactucæ semen nigræ quod lignea pila
Triuerit: admixto ieiunus sumito melle.
Sed cochlear trino gustu tibi sufficit uno *unū*
Aut tritum semen rhaphani mulsumq; iuuabit
Siue duæ partes absinthi & tertia rutæ
Decoctis potantur aquis: siliquæq; madentes,
Semina uel maratri fætæ cum lacte capellæ,
Puleium quoq; decoctum curabit amice.
Et potu: & foetu stomacho conducit anetum.
Seu cocleas undis calefactas ac prope uictas
Suppositis torre uinoq; garoq; pruinis
Perfussas, carpes, prodest magis esse marinas.
At male digestis si crapula sæuiet escis *crapula ht pmā longā*
Ex pipere, & calida florem de rore marino
Ebibe: seu salibus piper adde, & tenue cuminum
Quæ coctis tanges epulis: & rapta uorabis,
Aut cubitum pergens succum cape tristis aneti
Ventriculis mergi raptus sal tritus & usq;
Tosto pane super piperis quoq; puluere multo
Miscentur: capies diuinum munus in istis

Proderit hoc ſtomacho: uictas & conquoque eſcas
Grana peregrini piperis diffindito quinq;
Niliaco melli: quæ mane inſerta capeſſes,

.XX. felli. uomitu uel ptyſi arcendis

Vtea ſi creſcunt: & cunctis noxia fella
l Allia parua nouem piperis tot permole grana
Quæ cyatho diluta gari mandeſq; bibeſq;.
Hæc iterum ſeptena capies poſt deniq; quina
Præterea caulẽ frondet ſi parua ſabucus
Decocto ſale permiſces: ac iungis oliuum
Tunc capis: ac tali auxilio fella horrida purgas.
Proſunt & pelagi latices, quos pondere iuſto
Dulcibus aſſocias lymphis: melliq; liquenti.
Et niueus prodeſt ex ubere ſuccus aſellæ
Si tepido uino infundas: ac mella piperq;
Ad uomitum radix narcyſſi pota mouebit
Si uero ptyſis annoſo ſedet improba morbo
Intritas uino cocleas hauſiſſe iuuabit.
Proderit & ueteris ſæui pila ſũpta ſuilli
Quæ ſcapulis quoq; perducit medicina ſalubres

.XXI. mãmis ſanandis uel ſtringendis

Bera uetuſto multum lactantia ſucco
u Sæpe ſibi noxa nimium manando fuerunt
Fæce igitur ualida duri reprimentur aceti
Poſt partum tumidas iniuſte aſſurgere mammas
Interdum aſpicies. harum male cõmemoratur
Murinus fimus ex pluuio ſedare liquore,
Sin autem clauſus penitus dolor angit acerbus
Lumbricis terræ turgentes unge corymbos
Sic caſtigatas ſtudium eſt præſtare papillas
Ex hederæ ſertis ambas redimire memento
Protinus: & raptis fumis mandare coronas
Anſeris: aut ſeuum pariter cum lacte tepente
Aut ouum in luto tulerit: quod garula perdix
Præterea pluuio decocta papauera rore
Hæreſcunt multis poſt aſſoluenda diebus
Vis: & phœbigenæ cæleſtia ſumere dona
Vbera cum tetris laniata doloribus horrent

Nam bis ramentum: & quæ nomine prassion herba est
Et quæ uulgari sermone insana uocatur
Græcus hyios ciamon propria scit dicere lingua
Nec non & calami radix lapathiq; legumen
Mixta dabunt miras (experto crede) medelas

XXII. Reiectioni cibi: Aut sanguinis abstinẽdæ

Si stomachus nondum concoctas expuit escas
Sed magis atq; magis uitium recolendo ualescit
Allia cedemus: crebrumq; trahemus odorem
Sin etiam rutilus refertur pectore sanguis
Sorbitium mentæ, rhaphanus uel cocta iuuabit:
Sæpe lapis teritur, specularem nomine dicunt
Et mixtis hauritur aquis: sistitq; cruorem.
Vritur interdum raptus de subere cortex
Et cinis ex calido prodest epota lyæo
Ouorum cinis: aut coclearum: aut deniq; mellis
Aut mansus salicum flos: uel prodesse putatur
Aut platani pilulas acri infundemus aceto
Nullus erit sanguis: quem non cibus iste moretur.

XXIII. iecoris: & lateris uitiis medendis

I mollis iecoris fibras dolor hauriet acer
s Protinus ex mulsa potanda leliphagus herba est
Sumitur: & semen quod fraxinus alta profudit
Vulturis atq; iecur uel ius perdicis apricæ,
Præterea simili dragma pix dura piperq;
Franguntur: si in mollito puluere iuncta
E gelidis misceantur aquis recreátq; bibentem
Absinthi quoq; decocti potabitur humor
Si latus immeritum morbo tentatur acuto
Accensum tinges lapidem stridentibus undis
Imbibet aut aceris radicem tundis & una
Cum uino capis hoc præsens medicamen habetur,
Quid referam multis composta cilonia rebus
Quid loquar antidotum uariis quis ista requirat
At nos pauperibus præcepta feramus amica
Nec non & iecoris quæretur fibra lupini
Iungenturq; simul costum foliumq; piperq;
Hæc forti potanda quidem sunt mixta lyæo

Eſt & uis morbi: quod telum cõmemoratur
Cum ſubito dolor inſanus furit incitus ictu
Perſicum huic potum e nuce dabitur interiore
Quæ mihi cara ſatis caſu monſtrante probata

.XXiiii. ſpleni curando.

Vando lyen tumido circũligat ilia uinclo
q Et plenum ſplenis demonſtrant membra rigorem
Mollibus ex hedera tornantur pocula lignis
Hinc trahis aſſuetos æger quoſcunqꝫ liquores
Aut uiridis holeris potabitur unda ſalubris
Proderit exuto fluuialis hirudo cruore
Siue mirica potens: ſeu ros cum pane marinus
Aut hedere ſuccus potu appoſituſqꝫ iuuabit
Necnon intactam ferro quam uideris almum
Huic liber eripitur ferro ſine decoquiturqꝫ
Donec uictarum pars tertia ſubſit aquarum
Hinc medico potu pulſus dolor omnis abibit
Nonnulli memorant conſumi poſſe lyenem
Eruum ſi ſemper ieiuno ſumpſerit ore
Aridas ficus item feruente domatur aceto
Et trita illitur uel ſplen apponitur hedi
Marrubiũ in uino potu prodeſſe loquuntur
Præterea piper: ac nepetæ cum flore & anetum
Nicolans rapo: ac boletus iungitur una
Puleium: abrotanum nitida cum maſtice coctum
Ac thybræ ſpeciem quam cõmemorat cephalo rẽ
Prædixit ſpleni deus idem poſſe mederi
Dulcia plautus ait grandi minus apta lyeni
Plen tumidus nocet. & riſum tamen addit ineptum
Vt mihi ſardois uideatur proximus herbis
Irrita quæ miſeris permiſcent gaudia fatis
Dicitur exectus faciles auferre cachinos
Perpetuoqꝫ æuo frontem præſtare ſeueram

.XXV. præcordiis ſanandis.

Anguida ſi duro turgent præcordia morbo
l Miſcetur mulſæ farris ſextarius una
Necnon & lini tunſum ſiliqueqꝫ legumen
Nec decocta ſimul nondumqꝫ tepentia nectis

Aut quæ poma cydon creteis misit ab oris
Cocta lines, durum, ut possis mollire tumorem
Ozima præterea bulbi liniuntur amari,
Proderit & lymphis corpus mersare marinis
Quin etiam catulum lactantem apponere membris
Conuenit: omne malum transcurrere fertur in illum,
Cui tamen extincto munus debetur humandi.
Humanos quoq; contactus mala tanta sequuntur
Et iunctus uitium ducit de coniuge coniunx
Quod superest tyraci iunges ramenta carinæ
Quodq; decem ex rebus feci simulatq; uocatur
Masticis addentur fractæ iam milia farra
Talibus auxiliis præcordia tuta resident.

.XXVI. Lumbis & renibus sanandis

Vm sæuit penitus hærens iniuria lumbis
c Igne lapis candens datur exultantibus undis
Hoc poterit potu tristem superare dolorem
Aut pice cum melle nitrum sulphur & acetum
Succida lana rapit contacta calentibus hisdem
Proderit hanc ægris crebro pducere membris
Aut caput asperagi cum uino sume uetusto
Seu maius appone, modus conducit uterq;
Aut adipe mixtum lumbis inducito suphur
Sæpe celidoniam cum succo pallodis addes
Farraq;: quæ tremulis prosunt sudantia flāmis,
Fertur amigdalinæ succus nucis esse bibendus
Pinsit hæc tepidis quæ absorbet pdita lymphis
Aut res ex uino cocleas feruescere coges
Cunq; suis domibus franges: piperis quoq; grana
Ter quinq; adiicies: potuq; iuuaberis illo
Furfur item parca fuerit cum feruidus unda
Post oleo madidus succis immittitur aptis
Quæ uix passuris urentes addito membris
Prodest ceruinæ uiolans natura medullæ
Nec nocuit ciceris cocti potasse liquorem
Aut mixtam teneris madidamq; lilissfagon undis
Conteriturq; simul cum mastice confert anetum
Quodq; decem rebus componi ex nomine clarum est

His continsa locum: deus hæc mihi certa ꝓbauit

.XXVii. Ventris dolori mitigando.

I dolor insanus toto desæuit in aluo
f Eminis tribus in lympha ualidá quoq; rutam
Aut apium donec pars duplex desit aquarum
Potus erit medicus non detractante palato
Præterea niuei sterilis testa oritur oui
Quæ postq̄ in terram fuerit conuersa farinam
Ex calidis potatur aquis & pota medetur
Necnon iungenda est utero noua uirga miricæ
Illæsa hæc ferro terraq; intacta teratur
Aut medie uentris prodest aspergere terram
Quam signauerunt uestigia pressa rotarum,
Proderit & puluis facili sub cardine raptus
Quin etiam: & lymphis tritum potare cuminum
Conueniet quod iam nobis documenta probare
Mentaq; hoc pacto medicos dabit hausta sapores
Carnelicos autem recreabis pane salubri
Quem madido farre efficies: ac mollibus ouis
Quorum testa ferro prius euanescere aceto
Refert: & teretes bulbo mollire tenendo
Cunq; his lenei durum potare fluentum

.XXViii. Hydropisi depellende.

Orrupti iecoris uitio uel splenis aceruo
c Crescit hydrops: aut cum siccate febre medullæ
Atq; auide fauces gelidum traxere liquorem
Tum lympha interius uitio gliscente tumescit
Secernens miseram propius de uiscere pellem
Conueniet teneræ radix decocta sabuci
In geminis calidi cyathis potanda lyæi
Fraxineum semen cum bacchi rore bibendum est
Necnon apposito curantur dropace membra
Aut calido filicis radicem mollit iacho
Vnguine quo frangit uires languoris aquosi

.XXIX. Ventri molliendo.

Aepe tibi species uentris uel corporis ipso
f Potibus; aut duris restricta morabitur aluus
Vincetur talis mora gramine mercuriali

gramine mercurij

Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus
Prunaq; conueniunt quæ mittit clara damascus
Multos præterea medici componere succos
Assueuerunt: preciosa tamen cum ueneris emptu
Hoc etiam tepidis conuoluere certus harenis
Appositamq; dabis nepetam quæ rite iuuabit
Sæpe sed adiūcto pelluntur noxia baccho
Eleboro bene cogatur lymphaticus error
Aut huius uice: uel scopulosæ ritæ genistæ
Miscetur: mulsis & cautis ducitur undis
Est qui præualidum frixo miscet acetū
Atq; olei succo recreat albentia membra
Falleris & frustra immensaq; nomismata fundis
Quin agæ & in tenui certa cognoscere salutem
Aut igitur tecum lana supponis alumen
Aut edis in patenis teneris decocta sabuci
Vel tu lacte capre salsum mulsumq; capesses
Crede tamen potum meliorem lactis equini
Dicitur hic ualidos asinæ p̄uincere succos
Siluestris fici lachrymam ꝓdesse loquuntur
Quodq; satis melius uerbis dicemus horati
Mitulus & uiles pellent obstantia conchæ
Sed chocleas prius urtica aut furfure pasci
Purior hinc gustus noxa sine mouerit aluum
Sæpe talasso mel iunctum cumulauimus ymbri
Hæc purgant parili fuerint si pondere mixta

.XXX. Solutione uentris & disynteriæ compescēdæ:

Am uarii casus mortalia sæcla fatigant
t Vt sint diuersis obnoxia corpora morbis
Sæpe etenim nimio cursu fluit impetus alui
Frænet cōmixto cum feruet brassica uino
Aut cerasi uictum longo iam tempore pomum
Succus amineæ uitis cum pane medetur
Vel bene permixtū calida potatur acetum
Vile quidem facili facto tamen utile opinor
Si lædent medicatum purgatoria dextra
Adiecto piperis medicatur puluere calda
Sin aūt longo decurrent intima fluxu

Atq; in mane malum multo iam tempore gliscit
Torridus ex uino cortex potabitur oui
Ramentum niuei credent prodesse elephantis
Arbore pyrrhamea cortex direpta coquetur
Axe sub æthereo sic nigro mixta liæo
Immensum poterit potus retinere fluorem
Numinis aut iussu cedrum cum mastice misces
Mollitâq; picem: & rasum de nauibus unguem
Languida quo fidens medicamina membra fouebit.
Proderit & pueris quos dentis origo fatigat
Castaneas coxisse: nuces & sorba uetusta
Atq; apium caulesq; rubi: quos fundit acuta
Potio quæ fluidam consumpta morabitur aluum

.XXXI. lumbricis & tineis purgandis

q Vid non aduersum miseris mortalibus addit
Natura? in terno cum uiscere tinea serpens
Et lumbricus edax uiuant inimica creanti
Quod genus assiduo laniat præcordia morsu
Sæpe etiam scandens oppletis faucibus hæret
Obsessasq; uias uitæ concludit hanelæ.
Ergo cinis cornu ceruini proderit haustus
Vel nepete tritum ex uino cum lacte capellæ
Necnon & succus medici potatur aceti.
Prodest præterea cum baccho persica frondis
Democritus memorat mente conducere potum
Sumitur abrotanum necnon & uile melantum
Allia par sese sanant: aut ius coriandri
Quin & marubium decoctum haustûq; iuuabit
Puleium ue potens & agreste iungatur anetũ
Synthesis hæc prodest unda mollita calenti

.XXXII. colo sedando

c Vm colus inuisum morbi genus intima carpit
Mande galeuitam uolucrem que nomine dicunt
Aut pauidi leporis medefacta coagula pota
Siue apio nepetas tereti; cum mastice iungas
Necnon & species ambas atlantis aneti. balantis
Quarum decoctos patiens haurito liquores

.XXXIII. uesicæ & calculo purgando: & urinæ prouocandæ

Si cui ueſice tardus cunctabitur humor
Hæc mora rumpetur uino peruicta uetuſto
Prodeſt ex paruis acinos potare ſabuccis
Aut hederę ſuccũ: Aut lachrymoſi trita ſina pi
Necnon reſinas exoritia terebinto
In ſpeciem hyruilæ paruos glomerabis in orbes
Quos tepida ternos mixtos hauſiſſe medella eſt
Quondam etiam nimio præceps urina fluento
Irrigat exuuias oſcœnoꝗ inficit imbri
Proderit ergo cinis hauſto nepete quoꝗ ſucco
Ex uino uitium tritum. uel lacteꝗ capelle
Tum leporis cerebrum ex uino potare decebit
Si dolor internam ueſicæ concoquit aluum
Subueniet radix frondoſæ epota cypreſſi
Puleium ue potens domitum feruentibus undis
Si uero in lapides denſus conuertitur humor
Qui retinet curſus gemitũꝗ dolore frequentat
Saxifrangam ſeu fontigitem ſuccurrere creduntur.
Præterea ſemen myrti ſilueſtris hiacho
Atꝗ olei mixtum bibitur. nec deſit acetum
Vinaꝗ ſumantur fricta condita cumino
Siue palumborum capitur fimus acre ferorum
Dulcacidis ſparſum ſuccis tritumꝗ ſolutum
Necnon oſcœnus capræ potabitur humor
Obruit hic morbum labefactaꝗ ſaxa remittit.

XXXIIII. de conceptione & partu.

Rrita coniugii ſterilis ſi munera languet
Nec ſobolis ſpes multos dum uana per annos
Fœmineo fiat uitio res: nec ne ſilebo
Hoc poterit quartus magni monſtrare lucreti.
Sed natura tamen medicamine iuncta potenti eſt
Sæpe dedit fœtus ſtudio curante paratos
Aut igitur leporis conſumit femina uuluam
Aut ouis in ſtabulis fractas cum ruminat herbas
Pendentem ſpumam molli deducit ab ore
Atꝗ illam memini mixto potare falerno,
Mercurialis item capitur cõmuniter herba
Sic cubitum noctu coniunx feſtinat uterꝗ.

Atq; ubi iam certum ſpondet prægnatio fœtum
Vt facili uigeat ſeruata puerpera partu
Diptânum bibitur: cocleæ manduntur edules
Aut olim menſes minus octo moratur in aluo
Irrumpit thalamos: & nexus ſoluit inertes
Pulei quoq; potus amico conuenit imbre
Cuius opem ueram caſus mihi ſæpe probarunt,
Quin etiam ſtercus ſupponunt uulturis atri
Sentiat ut minime partus q̃ proximus urget
Oua etiam fragili rupta miſcentur aneto
Quæ diluta ſimul uino atq; exhauſta medent̃,

.XXXV. profluuio cuiuſq; ſanguinis & matrici.

I modicus pleno manat de corpore ſanguis
Subuenit: at minus cum uita funditur ipſa
Quapropt̃ multo naris completa cruore
Confluit attritus cimex conducit odorem
Lana oleo madefit: ſed nondum lauta roſato,
Hæc datur in nares uel claudit denſius aures
Contritis prodeſt chocleis conducere frontem
Aut galli cerebro uel ſanguine mitte colũbæ
Quod niſi ſupprimit̃ ſanguis potandus & ipſe eſt
Præterea fariiſq; caput metire papyris
Detrahe quod ſuper eſt alio genitalia necte
Fœmineas ꝓdeſt illinc uincire mamillas
Menſtruus immenſo ſi ꝓfluit impete ſanguis
Succida lana malos remorat̃ ſubdita curſus.
Mortua quin etiam producit corpora partu
Sed quacunq; fluit uis immoderata cruoris
Subernus cortex calidis potatur in undis
Ante minutatim ſtudio uiſcente terendus
Puleii calido purgatur fæmina potu
Sed ſi forte cruor clauſa cunctabitur aluo
Aut molles nepete, aut rutæ quæcunq; bibent̃,
Aut ſi puniceos fundit ueſica liquores
Marubium exparſo tritum perfunditur undis
Hi poterunt hauſtus rutilum purgare colorem
Reliquias partus læta tibi detrahit herba,
Quod ſi fœminei properabit ſanguinis imber

Est qui frustra molæ percussus decutit uno
Quorum aliquot lanis tectum ad præcordia nectit
Hæc simul incantans sisti dixere cruorem
Vt lapis ille uiæ solitos iam destitit orbes

.XXXVI. Internecandis quæ oculos impediunt.

Obilis hirsutas horret lasciuia sætas
m Et gaudet rapto nudari rore pilorum
Sed bona nonnunq̄ uellendi causa uidet
Corpora cum releuat ratio manifesta salutis
Nanq; oculos infecta. pilorum tela lacessunt
Quodq; illis dederat ualidum natura tuendis
Inde inimica seges ualidos desæuit in orbes
Ergo locum crinis uulsi continge cruore
Quem dat auis tremulis simulat quæ pellibus alas
Præterea quascūq; uoles auertere setas
Atq; in p̄petuum rediuiua obcludere tædā
Corporibus uulsis saniem p̄ducito ranæ sanies ranę
Sed quæ parua situ est & raucā garula quæstu
Nec non est agnis cessantibus exhoso hyrundo
Sumitur & uiuens samia torretur in aula
Hæc acidis ungit permixta liquoribus artus
Auulsamq; uetat rursus percrescere siluam.

.XXXVII. omnibus obscœnis medendis.

Icendum & quæ sit membris medicina pudendis
d Languidus antiquo purgatur pœnis iacho
Ac super illinitur fœcundę felle capellæ
Manę nouo myrti frondes cōmandere prodest
Quod dolet illas in uulnus despuat ipsum
Fæce etiam uini genitalia lauta leuantur
Et tumidos testes nereia lympha cohercet
Vel bulbi ex mulso uel cæra immista cupræsso
Aut faba cum tepidis baccho decocta fluentis
Ramicis immensum cohibere dolorem poterit
Far madidum lymphis: & fera fronde cupressi
Vnde etiam potu frons hæc memoratur amice medicatur
Sin autem existit durum tibi glandibus inguen
Proderit induci cocleas cū melle minutas
Obscœnos si pone locos noua uulnera carpent

Horrentes manſa curantur frode rubores
Et ſi iam ueteri ſuccedit fiſtula morbo
Muſtellæ cinere immiſſo purgabitur ulcus
Sanguine tum ricini quem bos geſtauerit ante
Herba celidoniæ fertur cum melle mederi
Herbaq; cum ſæuo foliis de mille uocata

XXXVIII. ſcie & articulari morbo

ſ Aepius occultus uicta conſendice morbus
Perfurit, & greſſus diro languore moratur.
Populus alba dabit medicos de cortice potus.
Nécnon & teneræ gracili de fronde geniſtæ
Arreptos caules acidoq; liquore madentes
Sumere conueniet. rubiam, quoq; ducere potu
Aut ex bithino chocleas haurire lyæo.
Si uero articulos tabes inimica per omnes
Hæſerit, ex ficu betas: ac melle ligabis,
Vel pelagi latices ſimul & bacchæia dona
Sumere curabis, nimio ſed parcito uino.
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua.
Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores

.XXXVIIII. furunculo medendo.

c Vm ſanguis nimius puro cõmiſtus atroci
Aeſtuat: & papulas alte ſuſtollit acutas
Reſinam miſces & ſaxis ordea fracta
Conſperſa hæc tepidis apponere conuenit undis
Vis & hioſeſam iungi ſæuumq; iugatum
Nectere: non minus hoc poterit medicina iuuare
Prætereaq; fimum ex gallo quod legeris albo
Imbribus ex acidis fidens appone dolenti.
Auribus aut pecudum moles expromito ſordes
Vnguine quo fotis dabitur medicina papillis

.XL. Carboni medendo.

h Orrendus magis eſt perimit qui corpora carbo
Vrit, hic incluſus uitalia rumpit acerbus.
Hunc ueteres quondam uariis pepulere medelis.
Tertia nanq; titi ſimul & centeſima liui
Charta docet ferro talem candente dolorem
Exactum. aut poto raptorum ſemine pulſum

Inficeret dicens uix septem posse diebus
Vitam produci tanta est uiolentia morbi
Dulcacidum laticemq; cumini semine iungens
Atq; fimum pariter paphiae compone columbe
Hinc line tu diruptas partes: & clausa uenena,
Praeterea triti reserant & operta lupini
Non nullus calcem uiuam desoluit aceto,
Fumantemq; niuem papulis apponit aceruis,
Est qui galinae perducat stercore corpus,
Allia uel piperi parce commixta linuntur
Pythagore cognata leui condita cumino
Proderit & madida fermentum polline turgens.

.XLI. pani uomicae & strumae depellendis

Vnt alii quos dura mouet natura tumoris
s Non minus horrendi sed non ita pernitiosi,
Vomica qualis erit, uel eidem proxima quedam
Simplice resina miscentur hordea tunsa
Et mulsos amnes & purgamenta columbae
His bene decoctis languentia membra fouentur
Mollis odorato iungatur faba coriaandro
Proderit appositum mollitq; aperitq; tumorem
Aut de fasganio radix decocta palustri
Quae salis admixto tondetur condimento,
Proderit & mansum quod traxerit arbore uiscum
Gramen hiosciami caerae seuoq; uestuto
Conciliis mixtisq; locos perduce dolentes
Exercere etiam corpus medicina potens est
Ouum de fundis infictile deinde potamé
Marubii succo implebis post melle liquenti
Omnia consociata tepenti prospera potu
Sumũtur reserãtq; malum purgantq; leuantq;

.XLII. Igni sacro medendo

st etiam morbi species quae dicitur ignis
e Languida quo multo torrentur membra calore
Vel tu uicino seuum bouis igne remittis
Mollitũq; lines: uel odoris faecibus oua
Sed non cocta dabis sic torrida membra fouebis
Lumbricus terrae mixto inducetur aceto

P

Aut parili noua ruta modo: sed iungis oliuum
Ouaq; cum betis prosunt sæpe illita tritis
Allia dant cinerem sociato oleoq; garoq;
Vnguine quo gliscens deponet flamma furorem
Sæpe celedoniæ pars candida iungitur oui
Quem modico potu: sed uili trita capesses
Admiscere memor lymphas amnēq; falerni

.XLIII. podagræ depellendæ

Vædam sunt rabidæ medicamina digna podagræ
q Cuiq; tetrigenas species epidaurius ipse
Dixit inesse deus, requiem tamen indere morbo
Fas erit, & tristem saltem mulcere dolorem.
Ergo age & arreptum filicis frondemq; librũq;
Cum uino tere sic contractos perline neruos
Aut cum prima mali sese ostenstabit origo
Feruida non timidus tolera cauteria plātis
Seminecis ue hirci reserato pectore calces
Insere sic diræ reprimis primordia pestis
Aut si corruptus persederit altius humor
Trita cupressus ibi baccho iungetur acerbo
Panibus & teneris cohibebitq; addita questus
Parua sabucus item hircino collita seuo
Triticææq; acido manantes amne farinæ
Aut nitido ranæ decoctus uiscus oliuo
Siue celedoniæ succus sale mixtus aceto
Sunt quibus apposita siccatur hirudine sanguis
Non audita mihi sit fas sed lecta referre
Hoc quidam rabidus morbus per tempora messis
Vicino plantas frumenti pressit aceruo
Euasitq; grauem casu medicante dolorem

.XLIIII. uulneribus ferro aut uerberibus factis

Aturæ uitiis medicas obiecimus artes
n Nunc & fortunæ iaculis obsistere par est
Si cui forte lapis teneros uiolauerit artus
Necte adipes uetulos & tritam chametisson
Nec pudeat luteæ stercus producere porcæ
Sin autem sæuo laceratum uerbere corpus
Tum lexiua cinis cæras dissoluit & oua

Admixtoq; oleo uibices comprimit atras
Si uero infrenus manat de uulnere ſanguis
Purpura torretur conchili perdita fuco
Huius & atra cinis currentem detinet undam
Verruce quoq; deſectæ frenare cruorem
Dicitur ambuſtus tirio de uulnere puluis.
Præterea nimios reſerati uulneris amnes
Peniculi cinis aſtringit uel fimbria porri
Siue fimus mâni cum teſtis uritur oui
Et reprimit fluuidos miro medicamine curſus.
XLV. Vulneribus quibuſcunq; caſibus actis.
Vm magna humanæ mala pondera conditionis
c Tam multæ innumeri ſpecies mihi uulneris aſſint
Hiſdem igitur monitis caſus animabimus omnes
Sic tamen ut nullus medicinam clauſerit error
Ergo modus quicunq; obtingit uulneris atri
Contritus cum melle dabit medicamina bulbus
Herbaq; quæ foliis nomen de mille recæpit
Appoſito prodeſt adipi permixta uetuſto
Succida cum tepido nectetur lana lyæo
Ambuſtus ue cinis complebit uulneris ora
Concludit uero uel frons uel ramus ab ulmo
Vt ſuccis hederæ pulchre ſit fœda cicatrix
XLVI. Homini a ſimia morſo.
Iue homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
ſ Vulnera dente dedit, uirus ſimul intulit atrum
Vetonicam ex duro ꝑdeſt exſumere baccho
Necnon & raphani cortex decocta medetur
Si trita admorſis fuerit circũlita membris
XLVii. Serpentium morſus & uiperæ uirus excludendi
Vſpide non quiſq̃ longæ neq; cæde lariſſæ
c Fulmine non gladii uolucris nec felle ſagittæ
Quare aptam dicamus opem ſuccoſq; medentes
Quâ cita uipereo potis eſt affigier ictu
Quem nocuit ſerpens fertur caput illius apte
Vulneribus iungi ſanat quæ ſauciat ipſa
Vtq; lariſſæa curatus telephus haſta
Proderit & caulem cum uino haurire ſabuci

Aut coctum raphani librum tritumqꝫ ligare
Siue etiam ex celſa folium demole cupreſſi
Manauit lactans caprifici ſuccus ofellam
Aut titimallus atrox uulnus cōtrita perungit
Carduus eſt nondum doctis fullonibus aptus
Ex illo radix tepido potatur in amni
Ceruino ex fœtu cōmixta coagula uino
Sumuntur. quæ res membris agit atra uenena
Aut ferulę radix potatur imbre lyæi
Vetonicę ue leues gallinę: aut iura uetuſtæ
Si uero horrendum uulnus fera contigerit aſpis
Vrinam credunt propriam conducere potu
Varronis fuit iſta ſenis ſententia: necnon
Plinius ut memorat ſumpti iuuat imber aceti.
Dicendum & quæ ſit præcors medicina tumenti
Cautio nanqꝫ poteſt diros peruertere morſus.
Si iecur exſectum tardo de uulnere portes
Erucis aut ſi totos perduxeris artus
Quas prius attritas uæhementi ſpargit aceto
Aut tu ceruina per noctem in pelle quieſcis
Aut genere ex ipſo dentem portabis amicum
Toxica præterea qua ſint pellenda medela
Expediam. ſanguis poterit prodeſſe caninus
Quod facili potu antidotas medicatur honeſtas
Vis & mirificos cautus prædiſcere odores
Accenſis quibus arcetur ueterima ſerpens
Auſtiracem torres: aut duri uulturis alam
Vel nepetam aut frondem rigidæ ſtirpemqꝫ miricæ

XLViii. ictibus ſcorpii: & morſibus muris ceci: uel aranei.

Vnt minime ſpecies: ſed dirę uulnera peſtis
ſ Quæ magis in tenui latitantes corpore fallant
Scorpius ut grauis & araneus, hoc male ſemper
Captant ſecuros multa iam nocte ſapores
Et documenta dedit nobis proſtratus orion
Magna quod exiguis perimantur ſæpe uenenis
Et quod uulnus atrox incuſſit ſcorpion ardens
Continuo capitur. tunc digna cæde recluſus
Vulneribuſqꝫ aptus fertur reuocare uenenum

Aut calidis pelagi lymphis loca læſa fouentur
Siue meri potu diſſoluitur improba peſtis
Ad cunctos autem morſus ictuſq; minorum
Caſeus aptus erit ripidæ de lacte capellæ rapide
Cunq; hoc abſumi debebit origanus herba
Hæc duo mirificis curabunt icta medelis
Necnon peniculo calidum annectetur acetum
Aut unã ſulphur ſicci cum fæce lyæi
Exiguo piperis cerebrum conſpargito melle
Quo lita ſaneſcunt depulſo membra dolore
Sin autem muris nocuit uiolentia cæci
Quo ſala ſignauit uoluendis orbita plauſtris
Inline.mira datur uili de puluere cura
XLViiii.Subitaneo dolori febri atq; oſtocopo.
Onnunq̃ exiſtit ſubiti noua cauſa doloris
n Cuius origo latet:ueris reprimenda medelis
Nanq; celedoniam mixto ſale nectere prodeſt
Velleraq; infuſo recalentia ſulphure ſanant
Oſtocopon lento conducit melle perungi
Sin autem calide depaſcent corpora febres
Tunc apii ſuccus leni ſociatur oliuo
Membra lines.fotũ ferus mulcebitur ignis
Nec ſpernendus adeps dederit quem beſtia melos
Seminecis cerui lachrymam miſcere liquori
Conuenit atq; artus illinc mulcere calentes
Febribus aut longis galli noua iura uetuſti
L.Quartano typo remediando.
Ec tu crede leuem dilato tempore febrem
n Quæ ſpaciũ ſibi dat magis:ut ceſſando caleſcat
Lætali quæ craſſatur quartana colore
Nı medicas adhibere manus &,herbas inſeris
Allia non pudeat terno cum cimice trita
Et diluta mero mediis haurire diebus
Aut facilem iecoris murini ducere fibram
Quatuor ut duri iungantur ſcropula bacchi Scrupula
Mira eſt abſinthij cum ſimplice potio lympha
Sume tribus digitis appræhenſum ſemen aneti
Tantundem maratri mulſum nec deſit aceti

Vno ſed cyatho prædicta ſalubriter hauris
Meoniæ iliados quartum ſuppone timenti
Aut leporis tepidi diluta coagula trade
Prodeſt & potus & mulſus doridis humor
Quidam etiam mirandam ferunt ueniente calore
Iurantes ludum ueneris munuſq; petendum
Sed prius eſt oleo partus ferueſcere ranæ
In triuiis illoq; artus perducere ſucco

.LI. Tertiano typo remediando

St etiam alterius febris rediuiua diebus
e Tempora diſcernens quaſi iuſte tempora libræ
Vt poſſis igitur talem prohibere furorem
Inuoluens cæra ſine caldis grana cumini
Puniceæq; indes pelli colloq; ligabis
Pulei ramus lanæ uelatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos præbebit odores
Præterea tritus cum expotabitur ouo
Horridus ad tractum: ſed guſtu commodus apto,

LII. quottidiano typo remediando

At qui continuis non ceſſat adire diebus
a Sed tantum certas morbus diſcriminat horas
Triticeum metuit granum ſi credere dignum eſt
Quod latitans fracto fuerit ſub pane repertum
Nec non oſſa iuuant ſeptis inuenta domorum
Conuenit hæc tereti pendentia ſubdere collo
Multaq; præterea uerborum monſtra ſilebo
Nam febrem uarios depelli carmine poſſe
Vana ſuperſtitio credit tremulæq; parentes

.LIII. hemitritæo depellendo

Ortiferum magis eſt quod græcis hemitritæum
m Vulgatur uerbis. hoc noſtra dicere lingua
Non potuere ulli puto nec uolue reparentes.
Inſcribis chartæ quod dicitur abracadabra
Sæpius & ſubter repetis ſed detrahe ſummam
Et magis atq; magis deſint elementa figuris
Singulaq; ſemper rapies et cætera figes
Donec in anguſtum redigatur littera conum
His lino nexis collum redimire memento

Non nulli memorant adipem prodesse leonis
Corallum uero si cocto nectere uelis
Nec dubites illo ueros miscere smaragdos
Tallia languentis conducere uincula collo
Lætalesq; abigesq; miranda potentia morbos

.LIIII. Fracturis & luxis sanandis

i Nfandum dictum cunctis procul absit amicus
Sed fortuna potens omen conuertat in hostes
Vis indigna nouo si sparserit ossa fragore
Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis
Lintea deīn desuperq; inductu nectere lanas
Sæpius & succos conspargere pinguis oliui
Bis septem credunt reualescere cuncta diebus
Aut ueteri baccho capræ fimus inde petulcæ
Hoc aperit clausum trahit hærens sanat apertum
Sin uero caput infestus colliserit ictus
Ex oleo necti uestis debebit arachnes
Nesciet hæc illinc nisi cum sanarit abire
Quod si luxa suo decedent membra tenore
Vrere fœmineos crines: ac iungere seuum
Congruet, ac tali medicamine mota ligare
Aut malum ex pingui tritum apposuisse iuuabit
Aut si conclusum seruauit tibia uulnus
Stercus ouis placide iunges adipesq; uetustos
Pandere: quæ poterunt ulcus patuloq; mederi.

.LV. Neruis & dolentibus atq; contractis

h Aud quisquam credet disiectos uulnere neruos
Ad solitum rursus reuocari posse uigorem
Sed prodest terræ lumbricos indere tritos
Quos suetus & rances sociari axungia debet
Si uero occultus neruos dolor urit inertes
Vulturis excisos adipes rutamq; remitte
Aut cæram & tali recreabis languida fotu, Fotus
Conuenit & pelagi calidis perfūdier undis
Garicalis betis lento cum melle iugatur
Aut baccho madefacta ceres cum fronde cupressi
Quo poteris potu recreare rigenti membra
Sin autem subito replicantur corpora morbo

Contractos reuocat neruos caro sumpta columbæ

.LVI. ægris somno abscindendo

n On solum miseros teterrima fibris adurit
Sed super optato pergit uiduare sopore
Ne prosit placidi cœlestia munera somni
Charta igitur uariis quam pinxit littera uerbis
Vritur: inde cinis calido potatur in amni
Proderit & magnum capiti substernere poleium.
Prodest & mixtam lymphis potare cupressum
Pallidiis iterum succis quos flore rosarum
Iungis, & immisces madidum tritūq; papauer
Quo lita frons facilem præbebit nocte quietem
Necnon mandragore gustu sopor additur altus
Dilue preterea glomeramina quæ gerit intus
Clausa aries inter geminæ coxendicis umbras
Inde soporati ducentur gutture potus

.LVII. Litargiæ expellandæ

d Iximus hanc sortem miseris mortalibus esse
V t sint sæpe mala inter se contraria morbi
Deniq; nonnūq̄ somno sic membra grauantur
Vt coniungatur læto sopor altus acerbo
Ergo leui flāma torrentur cornua capræ
Quo nidore grauem depellent lumina somnum
Aut ueneris labrum quæ dicitur herba bibetur
Quæ teritur prius: & uino confusa liquescit
Coneniunt acidis euphorbia mixta fluentis
Gramina uel rutæ gemina sinare trahuntur
Quidam dira iubent septeno cimice trito
Vt uitientur aquæ. cyathusq; bibatur earum
Hæc potiora putant quam dulci morte perire

.LVIII. comitialis morbi

e st subiti species morbi cui nomen ab illo est
Quod fieri nobis suffragia iusta recusant.
Sæpe etenim membris atro languore caducis
Consilium populi labes horrende diremit
Ipse deus memorat dubiæ per tempora lunæ
Prodest cum ueteri baccho fel uulturis ampli
Sed coclear plenum gustu tibi sufficit uno

Aut cruor ex prognæ mixtus cum polline turis
Aut apium elyxum aut conditum melle fel agni *fel*
Marubium uc pari confusum pondere mellis
Cui tu tertia dabis gustu cochlearia in uno
Aptus mustelæ cinis & hirundinis una *est*
Præterea pluuias hominis quas calua supinas
Excæpit proiecta sinu consumere prodest
Aut lapis ex nido uaga quem congessit hirundo
Vellitur ex nexu fouet attollitq iacentum
P ellit ur ut fama gustu quoq languor aneti

.LVIIII. Regio morbo pellendo

r Egius est uero signatus nomine morbus
Mollitur hic quoniam celsa curatur in aula
Huic rubia ex multa fertur conducere lympha
Allia trita dabis uino madefacta calenti
Vellera cum uino suffiri sulfure prodest

.LX. Infantibus stridentibus uel striga inquietatis

n Vdum hominem primum natura profudit *in luce · sapientes*
Insuper excruciat niueis cum dentibus armat
Collo igitur molli dentes nectentur equini
Quod primi fuerint pullo crescente caduci
Aut teneris cerebrum gingiuis in line porci
Aut leporis niueum bibitur cum lacte caprino
Præterea si forte præmit styx atra puellos
Virosa immulgens exertis hubera labris
Allia præcæpit titini sententia necti *Titinius*
Qui ueteri claras expræssit more togatas

.LXI. Combusturis igni uel frigore

s Vnt diuersa quidem mala frigoris atq caloris
Sed tamen amborum simili nocet ulcere uirus
Illa quoq usta putas quæ sunt niue læsa rigente
Conuersa in cinerem platani pila curat utrũq
Aut uero ambustum flãmis qui candidus oui
Succus inest penna inductus sanare ualebit
Aut tu succossæ cinerem perducito lanæ
Aut uiuam ex oleo uini componito calcem *uiridi*
Ordea uel franges atq oui candida iunges
Absit adeps porcæ mira est nam forma medelæ

Iunge celedonias ac ſic line uulnera ſuccis
Quodcꝗ recens uſſit glacies axungia ſimplex
Mulcet:& ſex facili grata eſt medicamine cura.

LXI. Venenis prohibendis.

T tutus fias infeſtæ fraude nouercæ
u Vel quicunꝗ tuo carpetur liuidus actu
Non expectatis eat obuia cura uenenis
Ante cibos igitur iuglandis fœtus edatur
Produnt electri uariantia pocula uires
Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ
Conueniunt potu:diuerſa ue ficus oliuo
Sæpe etiam rhaphanum p̄dixit numen edendum
Antidotum uero multis mithridatia fertur
Conſociata modis.ſed magnus ſcrinia regis
Cum raperet uictor:uilæm depræhendit ĩ illis
Syntheſin:& uulgata ſatis medicamina riſit
Bis denum rutæ folium.ſalis & breue granum
Iuglandesꝗ duas tereti cum corpore ficus
Hoc oriente die parco conſperſo lyæo
Sumebat metuens dederat quod pocula matri.

LXiii. Venenis datis.

I nequit infandum præuertere cautio uirus
ſ Proximus ille gradus data pocula pellere cura
Lac aſine placidæꝗ bouis prodeſſe loquuntur
Vetonicam ex paruo ſumunt pleriꝗ lyæo
Quod ſi hedere ſuccos quæ truncas mollicat altos
Inſtilles paruis poterunt haud ulla nocere
Pocula quæ quiſꝗ ſeuis uitiauerit herbis
Si quis hioſciamum uitiauerit lacte capellæ
Exhauſto rabidos poterunt mulcere furores.

LXiiii. Vulneribus & crudubie curandis.

Vlnera tabeſcunt ſpacio uitiata dierum
u Curaꝗ nil ꝓdeſt nec ducitur ultra cicatrix
Sed tamen herbarum tam mira potentia pellet
Vlceris annoſi ſinus:& coaleſcere poſcit
Marubium ſi tu recoquas,illoꝗ liquore
Vulnus atrox foueas cineres uel hirundinis alte
Inducas:leporis uel ſi aſpera coagula uino

Aut hederam baccho decoctam: & semen aneti
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.
Lumbrici terræ poterunt conducere uulnus
Aut facilis labati cumulatio uulnera purgat
Et comixtus adeps sed nonnullo sale tactus
Pinea præterea uiuo cum sulphure cortex
Et pice cum spissa iam perdita membra reponit.

LXV. Verucis tollendis.

i Nterdum existit turpi uereca papilla
Huic quondam fabio uerum cognomen adhæsit
Qui solus patriæ cunctando restituit rem
Id poterit uitium sanguis curare lacertæ
Aut urina canis cum terra inducta madenti
Aut herbe succus quæ fertur nomine lecther
Et titimallus item talisatis apta medelæ
Si rupta immensos fundit ueruca cruores
Purpureo triti cineres de uellere prosunt
Quod fuerit uero conchyli sanguine tinctum

LXVI. Hæmoroidis medendis.

e Xcruciant turpes anum si forte papillæ
Agrestis prodest superposita porri
Ni uiolet sanat iuglandis fragmine clausa
Sal niueum sumes beticum quem nomine dicunt
Dulcia cunque nigra iunges fuligine mella
Apponisque super pellit medicina dolorem.

Liber medicinalis quinti sereni finit.

Hoc opus impressumque Venetiis arte & ingenio Antonii de strata Cremoneosis. Anno salutis. M.cccclxxxviii. octauo calendas nouembres.

Registrum.
a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p. Omnes sunt quaterni præter a quinternnm.

Victor pisanus ad paulum pisanum in postremo opere cõmonitio.

Impressos habes paule mi pisane de astrologia simulq; medicina poetas singulares: Vbi te nolim mirari si hortatu nostro serenum arato: hoc est medicũ astrologo impressores cõiunxerunt: quoniam non solum: quia ambo poetæ sunt: & in sua uterq; arte præcellẽs copulandos esse existimauimus. sed plane propter maximam inter istas ipsas artes affinitatem. nam quantum medicinæ opituletur astrologia: non imperitꝰ quilibet astrologus euidentissimis sine cõtrouersia ostenderit rationibus. quare merito: & id quidem suo medicorum omniũ facile princeps hippocrates in eo uolumine: cuius index est de uentis calidis: pariter & frigidis: cum urbibus: quæ in eis sitæ sunt. Itemq; de omni urbe: quæ est intra æstiuum ortum: & hiemalem sita: inquit. Qui uero quæ de re altissima tractauimus recte tenent commoniti credant: norintq; astronomiam medicine partẽ esse non mediocrem. Proinde adductus sum ut impressorem hortarer artificem ne serenum medicũ astronomo arato connectere dubitaret. Vale.